ta non ampliant facultatem conferendi beneficia, sed 64 solum renouent impedimenta, cum a iis de iure com-muni possint Episcopi quæcumque beneficia non reser-vata in corpore iuri conferre: securus verò erit in refer-uatis huiusmodi referutatione clausa in corpore iuri. Illud sane indubitatum mihi est, q̄ ubi etiam indul-tū impedit optionem, potent Episcopus, vel Cardinalis illud habēs permittere vt fiat optionis cum enim eorum fauore inductum sit, vt optionem impide possint, illi fauore faciliter renuntiare poterunt iar. vulg. cum maxi-mē ius Pontifici seruitur illesum, ex eo quod tunc cle-rici non iure proprio, sed precario; neq; ex his actibus vilam possessionem acquistam, aut consuetudinem inductam fuisse villo vñquam tempore pretendere pos-sint tot. fere tit. vtriusque iur. de pīcar. cum ibi trad. p. Doct. dicentur autem tunc clerici ahoqui capaces iuri optandi optare iure quodam extraordinario, sicut etiam cum a Papa idem permittrit.

**¶ Quarta Conclusio.** Optio potest forrasse habere t̄lo 65 cum in beneficis vacantibus in curia, si intra mensem a die scientiæ vacationis per Romanum Pontificem non conferantur, ita gloss. d.c.fin. verbo ordinatur, ibi post mensem, vbi Fran. Gemin. & ceteri, alia gloss. in ca. præsens, in figuratione casus, de præbend. in 6. idem etiam tener. Gig. d. tract. de pension. q. 63. num. 11. & Ze-rol. in prax. Epilcop. Verbo canonia, ver. ad 7. concil. vi. & Aen. Falcon. de refer. q. 4 effect. 6. num. 2. Ratio illa est, quia beneficia t̄ vacantia in curia, si per summum Pontificem intra mensem non conferantur a die sci-entia, vt uolunt ibi antiqui Doct. vel vt Archid. a die vaca-tionis, quod etiam voluit Gem. post gloss. conferri possunt per ordinarium collatorem, prout disponitur in c. statutū, de præben. in 6. & not. glo. & Doct. ibi, & d.c.fin. Aen. de Falcon. d. tract. de refer. benef. 4 quæst. princ. effect. 20. Gasp. de Perus. in simili tracta q. 5 Paul. Gran. in addit. ad Simon. in simili tract. q. 4. 7. nu. 14 Re-buff. ad 9. reg. canc. &c in for. no. promi. ver. dummodo t̄pe data n. 14. vbi etiam ostendit ordinarium sede t̄a 67 cante simplicia beneficia ante mēsem cōferre nō posse, posita verò recte. Quā quidē dispositionē d.c. statutum limitant ibi Doct. vt nō procedat in deuo' utis ad Papā. 68 Fran.

Franc. vero nu. 6. & Arch. nu. 3. dicit, habere locum solum  
in vacantibus in curia; non autem in iis, quæ alio modo  
reservata sunt. Rursus gloss. in extraug. excrabilis, in ver-  
bo quomodo, de præbend. in commu. dicit, cestare illius  
provisionem in referuacione, de qua in d. extraug. excrabi-  
lis, in qua referuantur beneficia vacanta per ademptionem  
secundi incompatibilis cum primo, & item hoc secun-  
dum quo ipso iure sunt priuati, nisi illud primum citra  
mensem resignauerint in manibus superioris. Sed quicquid  
sit de iure communī salem antiquo, communis est opinio  
Doct. quod hodie illius dispositio locum non habeat, quia  
illud c. statutum + reuocatum sit per extraug. ex debito,  
70 de cœlēt vel per extraug. ad regimēn, depreben. in commu.  
vel demum extraug. pīc sollicitudinis, quæ est I. de præ-  
ben. in communī. Ut patet ex gloss. I. de extraug. pīc solli-  
citudinis, Io. An. Gem. & aliis præter Archid. d. c. statutum,  
idem voluit Lap. alleg. 96. in princip. Gomez. ad reg. de  
trienni. possibl. q. 31. ver. & ideo pro clariori, & Simon. d.  
tract. de refer. benef. q. 30. nu. 2. sed dum ille alleg. Doct. in  
c. 2. ita eosdem, in c. presenti, de præben. in 6. quod etiam  
dixerunt correctum fuisse per d. extraug. pīc sollicitudini-  
nis, voluerunt semper allegare d. c. statutum. Puto autem  
correctam illam dispositionem, cap. statutum, non quia in  
aliqua ex d. extraug. mentio fiat de mense, quod ad rem  
faciat, ut aliqui ex cit. Doct. voluisse videntur; cum mensis,  
de quo in d. extraug. aperte ponatur pro tempore, intra  
quod voluit Bonifa. vi 11. suam illam constitutionem obli-  
gare; inquit enim, intra vnum mensem a data presentium,  
sed potius, quia memorie summi Pontificis carum extra-  
ug. conditores illius constitutionis seu can. statutum, qui  
iura omnia in scrinio pectoris sui censentur habere, con-  
stitutiones condendo & posteriores, priorem, quamvis de  
ipsa mentionem non faciant, reuocasse noscantur ut verbis  
vtar eiusdem Bonifaci, in c. 1. de constit. in 6. Quamvis  
non defint etiam qui velint & d. c. statutum, non esse reuoca-  
tum, ut patet ex iis, quos refert, & sequitur Aen. Falcon.  
d. q. 4. eff. 6. num. 1. & 3. in tract. de refer. benef. cuius  
sententia probabilitate non caret, cum nusquam in illis  
extraug. neque de d. cap. statutum, neq; de mense illa  
mentio fiat.

Quinta Conclusio. Quæ etiam ex secunda conclusione  
cum

cum ibi deductis, maxime vero in quinto modo reser-  
uationis colligitur. Optio locum non habet in benefi-  
ciis reservatis per alternatiuam: ita in specie tradit Paul. 73  
Granut. in Addit. ad Iac. Simon. d. tract de reservat q. 45.  
in verbo superfluum, maxime vero id locum habebit, vbi  
reservaciones motu proprio fiant ad late tradita per Si-  
mon. & Granut. loco citato, & per nos dicta conclusio  
secunda, multo autem magis cum per summos Pontifices  
in Regulis Cancellarie, quas pro tempore edunt,  
tollantur atque irritentur consuetudinis etiam immemo-  
rables optandi maiores, & pinguiores præbendas cum  
amplissimis clausulis derogatorijs, prout de regula alter-  
natua a Sixto v. testatur Granut, vbi supra, & nunc habe-  
mus regulam 8. inter eas, quæ a S.D. N. Clemente v i i i.  
edita fuerunt initio sui Pontificatus. Verum de hac deroga-  
tione anquid etiani dicimus? cap. vlt. q. 1. Interim vero  
illud hoc loco nequam pretermittendum censi, quod  
cum in eadem reg. 8 Sanctissimi Domini Nostrj ad effe-  
ctum, ut episcopus gaudeat alternatiue, requiratur, ut verè  
ac personaliter in ecclesia sua residat, non poterit episco-  
pus absens etiam propter ecclesias non vtilitatem potiri  
alternatiua, cum licet pro presenti habeatur cap. ex parte  
il 2. de cler. non refid. cum simil. tamen non dicitur verè,  
ac personaliter, sed tantum facte residere, ut ibid. tradunt  
doct. atq; adeo intrabit alia pars eiusdem reg. 8. ut tunc ha-  
beat episcopus solum quatuor menses numerum, Martium,  
Iunium, Septembrem, ac Decembrem. in illisq; dñctoxat  
locum habere poterit optio, idq; etiam si episcopi illi sint  
S.R.E. Cardinales, cum dicantur de residentia Cardinales  
comprehendant ut constat ex Trident. Concil. sess. 2. cap.  
de reformat. & Pontif. constitut. ea de re editis. & ita in  
veroq; articulo iam bis me consulente obtinunt fuit.

Sexta Conclusio. Optio locum non habet in benefi-  
ciis resignatis in curia; patet ex concl. i. in princ. & ex 8. mo-  
do vacationis in curia, cum ibi latius deductis, & tenere  
videtur in terminis Mandof. ad reg. 34. cancellarie, quæ est  
de ann. possibl. quæst. 50. num. 7. Paris. de resign. benefic.  
lib. i. quæst. 4. num. 55. secus tamen erit si resignatio fecta  
sit in partibus in manibus legati, ut optimè ibid. tradit M. an-  
dos. cum eadem non sit curia legitimi, & Pontificis. Quid  
autem dicendum sit de iis in quibus referuatus est regi es-  
sus,

cus,diximus supra num.37. in octauo modo vacationis in  
utrius.

75 ¶ Septima Conclusio. Potest inducī confuetudo specia-  
lis optandi etiam in beneficiis referatis, & vacantibus in  
curia. Cald. conf. 3. de confuet. per tot. vbi etiam prius  
satisfacit, optimā illa ratione, quod licet confuetudo sit con-  
tra ius, tamen potest etiam contra ius introduci confue-  
tudo spatio saltem 40. annorum. Calder. sequi videntur,  
dum ad ilium se remittunt. Zerol. in Prix Episc. ver. cano-  
nia, vers. ad septimum, concl. 11. Staphil. tract. de lit. grat-  
tit, de vi, & effect. clausul. verific. in super derogatur, nu. 5.  
idem in immemorabili confuetudine aperte tradit. Ger-  
mon. in alleg. tract. de indulst. A. post. § etiam ex eo, num. 15.  
post Rot. Rom. in vna Bore. optionis d e 9. Ianuarii 1579  
coram Reu. P.D. Lancelloto nunc meritissimo Cardinali,  
satusque probat, num. 16. & lequent. vbi etiam ostendit,  
non obstat, quod huiusmodi confuetude interrupti vi-  
deatur per renovationem regularum de mensibus referatu-  
is, quia nimis ad interruptionem huiusmodi confue-  
tudinis requiritur, quod interueniat actus illi contrarius,  
qua ratio forte pcederet, vbi in regulis cancellariae non  
ad effet expressa derogatio, & amplissima harum confue-  
tudinum optandi.

76 ¶ Octaua Conclusio. Optionis locum haberet in iis pre-  
bendis, quae deuoluntur ad Papam ex negligentiā infe-  
riorum in non conferendo intra sex menses a die noti-  
tiae vacationis, iuxta textum in c>nulla, &c. quia diuer-  
situdinem, de concess. prebend. ita in specie voluit Franc.  
Marc. decis. Delphin. 1259. num. 2. part. Archid. Gem.  
& Franc. post alios, d.c. fin. § in prebendis, de confuet. in 6.  
Greg. Tholos. tract. de benef. c. 39. nu. 4. quamvis contra-  
rium voluerit Io. An.d.c.fin. in verbo, vacantibus, & Add.  
ad Rot. decis 1. de rerum permitt. in no. num. 7. vbi tamen  
perperam in contrarium allegavit Io. An. quod & Tholos.  
fecit. Moventur omnes illi nobiscum sentientes, quia tunc  
iure ordinario confert Pontifex, quam tamen rationem  
refellit quidam Alex. de Antil. apud Gemin. d. §. in pre-  
bendis, num 4. quia sic posset etiam fieri optionis in vacan-  
tibus in curia, quae nunc iure ordinario Pontifex, non  
de plenitudine confert potestatis, c. 2. & c. statutum, de  
prebend. in 6. in quibus tamen locum non habet optionis, vt  
supra


supra ostendimus, ad quod nihil ibi Gemin. Replicari tamē  
potest, & debet, † Doct. eos, cum dicunt Papam confer-  
re iure ordinario; quando confert beneficia deuoluta, non  
ita intelligendos esse, quasi velint, ea conferri de iure com-  
muni; sed quia in iis summus Pontifex est loco ordinarii  
collatoris, & quasi in eius locum subrogatus, illius perfo-  
nam praesentia, quod non accedit in beneficis in curia va-  
cantibus, aut alias referatis. Ex quo etiam incidenter in-  
fero, beneficia eorum, qui in curia morantur, originem  
ibi vel etiam domicilium habentes; non tamen curiales  
sunt, neque ibi occasione curiae morantur, licet ibi dece-  
dant, optari possit; neque enim sunt referata, vt patet ex  
cap. p̄fensi, § sane, de pr̄bend. in 6. vbi gloss. & doct. sed  
ea ordinario iure Papa, vel alius collator ordinarius con-  
fert; in mensibus tamen Apostolicis vacanta confert Pa-  
pa tanquam referata, ideoq; tunc locum non habebit  
optionis, iuxta dicta superius, concl. 2. ad fin. Quod vero op-  
ponunt (vt ad priorem quæstiōnem redeamus) sibi ipsis  
Doctores illi, obiciunt etiam Add. ad Rot. loco cit. non  
posse hoc loco locum habere vlo modo optionem, quia  
ad optandum datur tempus 20. dierum, vt dicitur, d.c. fin.  
§. ultra, & nos inf. cap. 6. quæst. 1. collatio autem nō potest  
deuolui, nisi ad minus post sex menses, d.c. nulla, de con-  
cess. pr̄bend. Respondent autē & optime Gemin. & Franc.  
d.c. fin. §. in pr̄bendis, quod aut ille, qui vult optare, sicut sta-  
tim certificatus de vacante pr̄bendæ, & non poterit op-  
tare nisi infra 20. dies, sique procedit obiectio; aut non  
fuit certificatus, sed per multum temporis ignorauit, & tūc  
cum isti 20. dies non currant, nisi a die scientiæ, vt dicit hic  
gloss. & omnes, & nos infra d. cap. 6. q. 2. bene poterit opta-  
re. Quod si rursus vrgeas cum Add. ubi supra tempus optionis  
currere a die iacationis notę in ecclesiā, ut dicere uide-  
tur gloss. pen. iuncta antepen. in clem. I. de conceit. pr̄bend.  
& colligi videtur ex tex. ibidem, quo casu posita ignoratiā  
in ecclesia de huiusmodi uacatione non uidetur posse esse  
locum deuolutionis, cum etiam tempus sex mensium t̄ non  
curat nisi a die notitiae, d.c. quia diuerstatem, de concess.  
pr̄bend. & c. licet de supplex neglig. pr̄lat. Respondeo  
quod tempus optandi non currit nisi a die ueræ scien-  
tiæ, non autem fieri, ut dicam. inf. d. quæst. 2. & tener etiam,  
& recte aduertatur d. gloss. penult. dum aperte dicit, &  
pro-

Probat dispositionem illius Clem. de scientia presumta ex notitia publica, que habetur in loco beneficii, specialiter procederet in calo illius tex de imperante beneficium, cui mandatur prouideri de eo, quod infra mensam, a vacatio-  
79 nis ipsius notitia duxerit acceptandum. Ex quo etiam patet non habere locum in notitia, que requiritur ad hoc, ut curat tempus sex mensium. Quod vero ibi dicit glossa pen-  
de priuilegio optandi, intelliguntur non de nostro iure optandi, sed de priuilegio eligendi intra decem dies altera ex duabus equalibus prebendis, de quo in c. si pluribus, de preben. in 6 vt ibi per eam, sed ea etiam facta notitia admissa in optione, adhuc casus optandi in devolutis potest contingere. Fingamus enim tam prebendarum, quam ordinarium collatorem in eodem loco ad ecclesia iusta ex causa abesse, ibique illum decederes procul dubio statim currer tempus sex mensium collatori, cum maxime  
80 etiam extra diecsem constitutus possit sua beneficia con-  
ferre. gloss. i. statutum ver. remotis de preb. in 6. late Zerol. in Prax Epis. ver. beneficia, versi. ad 9. & Menoch. de arbitr. iudic. lib. I. q. 43. n. 19. potest autem tunc esse, vt non nisi post sex mensies nota fiat in ecclesia vacatio prebenda, sique habebit locum optio. Ad illam autem questio-  
81 nem, quenaq[ue]m prebenda f[ac]t[ur] censetur reseruata quando re-  
seruatur prebenda alicuius, & ille optet aliam, q[ui] est de-  
xaro contingentibus, remitto te ad Aen. Fal. tract. de reser-  
uat. benef. &c. 37. An vero & quomodo optio locum ha-  
beat in beneficiis, de quibus mandatur alicui prouideri,  
que specialiter conferuntur papam; que duo reliqua  
videbantur pro complemento huius. 3. questionis, quoniam  
derogationem requirunt, de his latius tractabimus in cap.  
vlt. vbi de derogationibus optionum agemus.

**Quarto**, An in beneficiis iuriis patronatus locum habeat optio?

Respondeo quod non: ita in terminis voluerunt Fed. sen. conf. 62. num. 1. & M.L. in Repert. verbo consuetudo optandi non habet locum, il. Et miror, quod de hoc nihil dixerint Lamberr. & ali, qui de iure patron. scripserint. Rationem vero neuter illorum afferit. Nos illam afferre possumus, quod si reseruatio, que fortior est optione, cum illam vincat iuxta superioris deduci. in 2 conclusione, non comprehedit beneficia iuriis patronatus, maxime laico-

rum, multo minus in iis locum habere poterit optio: quod vero regulē reseruatorie f[ac]t[ur] non habeant locum in benefi-  
ciis iuriis patronatus laicorum, tenet Gemin. capitulo vi-  
gesimo secundo numero undecimo de preben. in 6. & ibi  
Franc. numero octavo Lap. alleg. sua 96. sere per totam.  
Rot. decisione 3. de iure patrona in antiqu. Castad. eodem  
titu. decisione 6. Put. decisione 39. numero secundo lib.  
primo Card. consilio 117. numero secundo. & in clemen.  
1. 7. questione Alex. confi. 73. in princip. volumine quarto  
Gaspar de Perus. in tractat. de reseruatio. beneficio. in  
questione, que autem benefic. reseruantur Aene. Falcon.  
cod. tractat. questio. tercia princ. 14. effect. numero quin-  
to. & questione quarta princip. & alii quos ad hoc late re-  
ferunt, & sequuntur de magis communis attestantes Paul.  
Granut. in Addit. Ad simon simul. tractat. questione nona  
Mandos. ad 1. reg. cancelli. questione 10. numero primo &  
2. Roch. Curt. tractat. de iure patron. versic. honorificum  
questione tercia quarta numero 22. & 23. Lambert. in si-  
mil. tract. questione 6 primæ par. lib. 2. articu. 22. numero  
4. & de communis Cour. pract. questioni cap. 36. numero  
1. & 3. quicquid in contrarium voluerit Zenzel in ex-  
traug. execrabilis in versiculo disponere, de preben. &  
gloss. d. cap. 2. in verbo, collatio cod. titu. in 6. Idemque  
procedit & etiam si reseruatione adiunt illa verba, ad cu-  
muscunque collationem, prouisionem, electionem vel pre-  
sentationem, vel quanuam aliam dispositionem pertineant  
vt post Lap. alleg. 84. numero 6. & alios tradunt Mandos.  
d. questio. 10. numero 2. N. col. Delph. de iure patr. que-  
stio. vlt. & Cig. de pens. questio. 19. nume. 7. Aut etiam si  
ad sit clausula, metu proprio, vt post Put. decif. 3 19. lib. 1.  
ex co mmuni tradit D. Polydor. Rip. clarissimus Iure-  
consultus iam ante annos decem in philosophica facultate  
condicopulus meus longe carissimus, id quod non ex-  
iguū felicitatis meq[ue] loco ponam, is inquam in eruditissi-  
mis suis commentariis quos post primam huius operis  
imprecisionem edidit de actis in mortis articulo cap. 54.  
quod est de iurepatron. numero 22. vbi cum num. sequen-  
tibus mox reperi omnes ferè nostras ampliations, &  
limitationes quas nunc subiçimus ab eodem Domin.  
meo afferri, ac breuiter satis tamen comprobari. Secun-  
do procedit quoque, licet beneficium sic mixtim 4. iuriis 85



patronatus clericorum, & laicorum, vt post Roch. Curt. d. tract. iuris patron. veri, competens alicuius, quæst. 24. & alios resoluunt, lateque tradunt Simon. d. q. 9. num. 3. ibique Add. num. 7. Couar. d.c. 36. num. 4. Mandol. d.q. 10. num. 8. & Gambar. tract. de leg. libr. 3. num. 363. cum seq. dum tamen maior pars sit laicorum, vt Gambar. & idem Add. ad Simon. loc. cit. voluerūt. Tertio idem esset in iure patronatus cōpetentie clericis 4 ratione bonorum patrimonialium, cum tamquam laicale censeatur, vt fuisse ostendit ibid. Mandol. num. 7. Limita vero primo, vt non procedat 4 in iure patronatus clericis ratione ecclesiæ spectante, vt late per Mandos. numero 5. & 6. Secundo vt non procedat etiam 4 in iure patronatus laicali, quando eis non competit ex fundatione, constructione vel donatione, sed ex priuilegio, vel præscriptione, vt voluit Archid. & Gemin. d.c. 2. de præb. in 6. & fuisse probat Couar. d. c. 36. nu. 6. & Mandol. d.q. 10. num. 3. Posse tamen Papam 4 referuare beneficia patronata etiam laicorum certum est, prouidicit idem Mandol. d. quæst. 10. num. 2. in fine, neque id negant præcitat Doct. sed solum dicunt, non præsumi vouluisse referuare; potest enim Papa 4 expressè derogare iuri patronatus, vt patet ex Doct. in c. cum dilectus, de iure patr. Couar. tract. quæst. c. 36. cum aliis quos ad saturitatem congerit Petr. Cened. in collect. adjus canon. 2. part. collect. 79. & Couar. d.c. 36. num. 1. Nec non in vniuersum de iure patr. quod ad reservationem vel derogationem spectat preter omnes supra citat. videndi sunt etiam alii, quos cumulat Madof. d.q. 10. & Cened. d.collect. 79. 2. par. & collect. 21. num. 2. & 3. 3. part. Aliam etiam rationem, & magis solidam addere possumus ad principalem nostram conclusionem, quia nimur per optionem, vbi maxime distinctiones sunt præbendæ, acquiritur quodammodo nouus titulus, vbi iam semel admonuimus, & latius ostendemus, inf. c. 7. q. 1. Non potest autem quis acquirere titulum, aut beneficium iuris patronatus sive consensu patroni, vt toto fere tritus de iure patr. Ex quo tamen inseritur 4 vna limitatio ad conclusionem, quod si accedit patroni consensus, poterit fieri optio in præbenda, & beneficio iuris patronatus. Secundo limitatur, posse 4 speciali præscriptione, seu consuetudine induci, vt etiam in beneficiis, & præbendis iuris patronatus fiat optio; quia etiam potest talis consuetudo in-

do induci in reseruatis, vt supra, concl. 7. ostendimus; sum quia contra ius tertii perscribi posse, & consuetudinem induci saltem spatio 40. annorum, superius, cap. 2. q. 2. demonstrauimus, & in specie etiam tanto tempore 4 iuri patr. 93 trouvatus præscribi posse late tradit Lambert. de iure patr. lib. 3. q. 7. princip. n. 7. & 8.

Quarto Quinto, An in beneficiis, & præbendis, quæ permutantur & resignantur sive in ipsa permutatione, & resignatione locum habeat optio.

Kelpideo, communionem conclusionem esse, 4 quod 94 nonnita Paul. de Lig. in clem. unic. de rer. permut. glos. d.c. fin. in princip. de consuet. in 6. dicens hanc esse communio optionis & ibi lo. de Lign. post lo. An. in Addit. ad Specul. cit. de rer. permut. ita etiam Gam. in c. licet. num. 41. d. rer. permut. in 6. Bonif. de Vital. post Paul. d. clem. vnic. num. 60. de rer. permut. Petrus de Vbal. in tract. de benef. permut. q. vlt. n. 96. Feder. de sen. eod. tract. q. 2. & cons. 6. per totum, vbi optime eam comprobat, & a contrariis defendit; eandem tenuit Nicol. Delphin. tract. de iure patr. num. 157. & seq. Gig. de pension. q. 63 num. 14. Mil. in Reppertor. verbo consuetudo optandi non habet locum, il 2. Prob. in Addit. ad lo. Monach. d.c. fin. nu. 29. & 30. post Gemin. conf. 39. Add. R. Rot. decif. 1. de rer. permut. in no. num. 7. Gregor. Tholos in tract. de benef. cap. 39. num. 4. lo. Corali in simil. tract. cap. 9. numero 9. & Aen. Falcon. in tract. de reser. benef. quæst. 3. princip. num. 5. & Aegid. Bellamer. in tract. de permuat. benef. par. 7. quæst. 2. num. 3 & seqq. post alios ex communiori Elam. paris. de resign. benef. lib. 2. quæst. 20. num. 2. idque etiam latis probare ext. in c. vnic. de rerum permut. in 6. & clem. 1. eod. tit. Ex quibus duas rationes colligo; altera est, quod cum actus agentium 4 non operentur ultra intentionem eorum, i. non omois. ff. si cert. pet. cum similib. procul dubio non debet habere locum optio, per quam permutans non acciperet præbendam, quam ille alter ideo resignavit, vt ipse haberet, nec aliter resignasset, vt dicitur d.c. vnic. ibi, quæ alias minime resignasset altera, quod præbenda resignata alteri conferretur, quam permutanti contra expressam decisionem d.c. clem. Neque valet quod in optione non mutatur titulus, aut beneficium, sed dumtaxat præbenda vt latius ostendemus infra. cap. 7. quæst. 1. per totam, & quod præ-

benda, quæ consertur, subrogatur in locum optatæ, nam  
96 textus dictæ clemen. aperte requirit † quod ipsamē p̄t  
benda, quæ resignatur, alteri quam permutantibus non  
conferatur, ea autem ipsa alteri conferretur. Alias ra-  
tiones videre poteris apud Do. sup. & maxime Feder. de  
sen. loc. alleg.

Ex quibus patet, male sensisse contrarium Ioan. An-  
dicio capitulo fin. in verbo, cum vacauit, & ibi An-  
char. & Gemin. numero quarto male etiam Lap. Abb.  
d. cap. fin. & in Addit. ad Federi. locis citata. aliter & late di-  
stinguebat, prout etiam eius distinctionem refert, &  
reprobat idem Gemin. loc. citat. vt ibi per eos, quæ  
distinctione confunditur ex supra dictis, sicut etiam illa,  
quam facit Iml. in cap. fin. colum. vigesim. de rer. per-  
mut. & refert, ac sequitur Franc. d. cap. fin. numero sex-  
to de consuet. in sexto Andr. Barbat. consilio 60. numero  
uigesimo volumine quarto & Bellamer. dicit tractat. de re-  
futationum beneficiorum questione secunda nume. sex-  
to & multis sequentibus quo aut permutatio sit propter  
utilitatem permutantum, & habeat locum optio, ex  
quo talis permutatio sit ambitiosa, & restrigenda, aut  
sit propera utilitatem ecclesiarum, & tunc non habeat  
locum optio.

Hæc autem distinctione quam sit frigida quis non videt;  
neque enim debet pendere vñs priuilegii, & consuetu-  
dinis Capitularis ex facto, aut etiam animo vnius de col-  
legio aut etiam collatoris de quo nemo forsan tunc e-  
rit, qui iudicare velit vixque dari potest, permutatio  
beneficiorum que non fiat solum ad utilitatem ipsorum  
permutantium maxime in Ecclesiis Collegiatis illud fa-  
nè, temperamentum, vt ita loquar, ad eam commu-  
nem opinionem libenter adhiberem, quod si † con-  
suetudo ipsa optandi obtinuerit in omni vacatione, non  
autem solum simplici, ita vt ab antiquo optatum fuerit  
etiam in vacatione ex causa permutationis, tunc ea op-  
nio cessaret, & hoc est primum membrum distinctione,  
quam faciebat Lap. Abb. locis citati. & in se verum est,  
atque admittendum, nisi expresse Papa, aut etiam for-  
taffe Legatus clausulam derogatoriæ in statutorum, &  
consuetudinum ecclesiæ de optando in prouisione inse-  
ruisse, vt optimè tradit Nicol. Delphi. d. tract. de iure pa-

tro. numero 158. quod ipsum etiam ex eo comprobari po-  
test, quod supra questione 3. conclus. 7. & quæstio. 4. ad  
finem ostendimus, induci posse specialem consuetudinem  
conf. optandi beneficia referuata & quæ sunt de iure patt.

Quod autem dictum est de permutatione idem proportion-  
ationabiliter, & calidem fere ob rationes dicendum est de  
resignatione, vt nimurum in ea regulariter locum, non  
habeat optio, nisi id specialiter confuetudine legitime p̄-  
scripta induixerit. precipue vero id probatur ex tex. d. ca-  
pit. unica, vbi expectativa primo vacatura non nocet  
resignare volentibus causa permutationis. eadem vero plu-  
ne ratio est in simpli resignatione, vsfatis constat ex vi-  
timis verbis illius textus permutationem beneficiorum  
huiusmodi, quæ alias minime resignassent, ullatenus im-  
pediri.

Idem quoque probatur ex ratione textus in clemen-  
tina vnica de rerum permutatione ibi enim prohibe-  
tur, ne beneficia alteri conferantur, quam permutare  
volentibus, ne concessione juris ventibus preseruum  
circum spiritualia illudatur, quæ certè ratio æque militat in  
simpli resignatione, ac in permutatione. Denique per-  
mutatio beneficiorum non aliud est quam resignatio ex  
causa permutationis ex duabus partibus facta dicit  
Clem. unica ibi not. per Glos. & doct. atque adeo dispositum  
in uno debet habere locum in alio, hanc uero con-  
clusionem, quod consuetudo optandi locum non ha-  
beat maximè cum resignatio sit in Curia euanad fa-  
uorem alicuius latè tradunt ac tuentur Paulus Par-  
sius consili o decimo numero primo usque ad decim.  
volumine quarto & Flaminius Parisius tractat. de re-  
signatione beneficiorum libro secundo questione vigesimo  
numero primo usque ad septim. Capit. deci-  
sione 282. sed idem statuendum est in resignatione in ma-  
nibus Ordinarij facta per rationes supra allatas, ubi  
ea fiat ad fauorem alicuius, quod tamen ( quic-  
quid est de iure communii antiquo,) nunc locum ha-  
bere non potest propter ius nouum constitution. quin-  
quagesima octaua. Pij Quinti quæ incipit, quanta Ec-  
clesia, versiculo caueans autem, ubi ordinarii collato-  
res cauere iubentur, ne à resignantibus, alij sue successor  
in beneficio quouis modo designetur. Cum igitur

Si & resignatio beneficij in manibus ordinarii aliqua ex causa in d. constit. expressis libere, hoc est, non ad fauorem alicuius, tunc non video, quomodo locum habere non debet optio licet alias beneficium fore reseruatum modo ipsa resignatio fieri potuerit in manibus ordinarii, cestantur. tunc omnes rationes, quas supra adduximus in casu resignations ad fauorem in manibus Papæ.

¶ Quarto Sexto, An possit optari præbenda habens aliquod onus annexum, puta præbenda Theologalis pensionataria, vel similis.

Respondeo & non posse: ita in specie voluit Nauar. cons. 98. 1. de reb. eccles. non alien. num. 3. volum. 1. & probari potest, tum quod ibi electa videtur industria perlonga, tum quia vbi aliquod beneficium requirit qualitates aliquas, aut examen, si cui indulgetur, vt possit consequi beneficium aliquod, aut dignitas, illud non venit, qd exame, aut qualitates illas requirit, vt est optimus tex. in c. fin. de transl. episc. cum ibi not. pro quo est faciut, que de hmo dñi præbendas certis psonis graduatis, ac certis qualitatibus prædictis & omnino conferendis decreuit Conc. Trid. sess. 5. c. 1. de refor. sess. 24. c. 4. & less. 25. c. 5 traditq; inter alios Couar. præc. q. c. 36. num. 3. Rebus. in concord. Rubri de collat. s. 1. verbo, Theologalem, & verbo, alteri, & lo Quintil. Hoed. in repetit. c. de multa, num. 45. & seqq. de præbend. Tandem quod huiusmodi præbendas erexit in Teologalem & penitentiam non possint optari postquam haec scripti inueni fuisse decisum per sacram congregat onem qua praefit declarationi Concilii Tridentini, ad cap. 1. less. 5. & cap. 8. less. 24. de reform. in vna Mediolanen. An vero per canonicum possit optari dignitas, quæ aliqua ex causa reseruata non sit, dicimus inf. c. 5. q. 2.

¶ Quarto Septimo, & ultimo in hoc cap. An possit optari præbenda minor, quæ tamen aliqua de causa sit magis grata.

100 Respondeo & posse: ita gloss. d. c. fi. in verbo, meliores & ibi Butr. & Anchiar. De consuet. in 6. eamque gloss sequitur Franc. Marc. decis. Delphin. 1258. num. 4. 1. part. & com. muniter, ac merito receptam dicit. Nauar. de reb. eccles. non alien. cons. 4. volu. 1. a qua etiam opinione non cons. 227. Rot. decis. 5. vers. præterea, de consuet. in no. sed contra. 101 r: u: & tenet exprefse Rot. decis. 3. cod. tit. in no. & Franc. d. c.

d. c. fin. in princip. nu. 8. cui etiam accedere videtur post 10. Mon. Mil. in ver. consuetudo per quain, i. Gemin. vero d. c. fin. num. 11. volens concordare opiniones distinguunt 102 quod aut consuetudo specifica disponit, quod possint optari maiores præbendas, tunc non possunt minores, aut consuetudo simpliciter disponit, & tunc possit optari maior, & minor, sicut procedat opinio gloss. Verum 4 hoc est 103 nihil dicere, sed vel priori, vel posteriori opinioni adhaere secundum enim membrum est ipsa expressa prima opinio: primum autem est ipsa secunda opinio, si illud pure intelligantur, prout sonat, si vere addatur dictio taxativa, solum, quasi inducta sit consuetudo, quod solum maiores præbendas optent, tunc nihil mirabile dicit, sed id quod neque qui sunt in contraria sententiæ negabunt. Mouentur autem, qui contrarium sentiunt duplicitate. Primo, quia ex quo consuetudo sic est obtenta, vt optetur maior non debet extendi ad minorem, quia prescriptio & non extenditur nisi ad id, quod est possellum, c. veniens, c. auditis, c. cum ex officiis, de prescript. de quo etiam late per Rom. cons. 37. & Doct. in causa de deci. neque consuetudo 4. ext. 105 tendi debet, vt not. in c. fin. de off. Archid. Secundo quia licetum est ascendi ad maiorem dignitatem, sed non descendere de maiori ad minorem, iuxta not. in c. quanto, & c. licet, quod est fin. de translat. Episc. & c. cui de non sacerdotiali, de præbend. in 6 vbi non datur descensus etiam quo ad valorem præbende Quibus tamen, & similibus non obstantibus priori opinioni adhaereo, quam in conclusione firmaui, quod indistincte possit fieri optio etiam de minori præbenda, vbi ex aliqua causa sit magis grata vel ob intereste veritatis, quia exempli gratia illa maior, seu melior, quam obtinet, si psonae gratau. vt ab ea se liberet, iuxta ea, quæ trademus inf. c. 7. q. 2. vel è ob intereste affectionis, puta quia minoris præbenda bona viciniora sint suis patrimonialibus, quia ea pbeda fuit sui patrum, aut val de amici, vel similis de c. Id at probo & ipse dupliciter. Primo ronibus gloss. d. c. f. verbo, meliores, tum quia qd in fauore tali cestantur inductum est, non debet in eius odiu retorqueri, quod ob gratiam, de reg. iur. in 6. & l. nulla iuris ratio, f. c. de legi. tū quia cui licet plus, licet, & minus c. cui licet de reg. iur. in 108 6. cum simil. Secundo illa ratione quam tangit Rot. d. decis. 3. quia illud est melius quod est magis gratum, & plus pla-

cet, & præterea instit. de action. & l. Sabinus, ff. de in diem addict. quod etiā ex eo confirmatur, quod est ita confidabile interesse aliquod sive veritatis, sive etiam affectionis, vt cum aliquo non nisi posita magna ligatione detur etiam ecclesia in integrum restitutio, c. i. de in integr. restit. l. scio. ff. eod. tit. cum concordant. tamen restitutio & conceditur nō solū propter interesse veritatis, vt ex tex. in L. minoribus, vbi Doct. ff. de minor. sed etiam propter interesse affectionis, vt not. Bart. Bal. & alii in L. si in emptionem, ff. de minor & post multos Odd. tract. de restit. in integr. q. 4. ar. 1. o. Alcia. de presūpt. regul. i. præsūpt. 2. o & Menoch. in simil. tract. lib. 3. pre sumpt. 83. fere per totam. idq; optimè probat tex. d. l. si in emptionem, vbi minor restituitur, si omisit emere rem maiorum suorum in emptionem col locatum.

His positis, non obstant in contrariū adducta. Non pri  
mum, quod p̄scriptio non extendit nisi ad id, quod est posse sum. Respondeo enim primo forte procedere id in p̄scriptione, & nos verò loqui de consuetudine, quicquid velit Gemin. d. c. fin. in princip. nu. 9. & 11. dum contendit, consuetudinem optandi magis propriè dici p̄scriptionem; id enim facile refelli potest, ex late traditis per nos supra cap. 2. q. 2. Secundo tam p̄scriptionem, quam consuetudinem & extendi posse ad causū omnino similes, imo ipsi Gemin. & Franc. d. c. fin. in princip. num. 7. voluerunt, hanc consuetudinem extendi de casu vero ad fictum de quo nos lat. ius inf. cap. 4. q. 4. in nostra autem specie casus omnino similis est, cum illud melius dici t̄ possit alicui quod magis gratum est, vt diximus, & sic soluitur quod obicietur, ex not. in cap. fin. de off. Archid. consuetudinem non extendi, præterquam quod ille tex. loquitur potius de p̄scriptione, & quidem valde odioſa nimur de p̄scribenda per Archidiaconom iurisdictione in monasteriis, quod magis Episcopo præiudiciale est, quam ius optandi, vt quisque facile potest intelligere. Non obstat etiam, quod obicietur ex c. quanto, & c. licet de transl. Episc. Nam quod attinet ad cap. quanto, non prohibetur ibi descēsus, sed solum p̄missa, quod quis de facto relata propria ecclesia ad aliam se propria auctoritate transfuerat, subdit summos Pontifex, quod qui se ad maiorem plebem transtulit, a cathedra repellit debet aliena immo gloss.

fin. ibi

fin. ibi dicit, idem fore, si ad parem vel minorem se transfuerit: cap. vero licet, seu fin. primo loquitur de maiestate, & excessu in dignitate, non in redditu, prout etiam loquebatur c. quanto, deinde dispositio tam d. c. fi. quam cap. cui de non sacerdotali, procedit propter mandatum, cuius fines & diligenter sunt custodiendi, c. cum dilecta, de re script. & l. diligenter, si mandat, cum similib. vt dispositione tex. d. c. cui de non sacerdotali, dicit ibi Pontifex in fi. & not. gloss. d. c. fin. in verbo, meliores, de consuet. in 6. Nam in d. c. licet, concesserat t̄ in specie Prædecessor Pontifex euidam Episcopo, quod si ad maiorem vocare特 forsitan dignitatem, eam sibi licet assumere; declarat autem ibi Innoc. 11. non potuisse illum transire ad parem dignitatem, quia fuerat expressum de maiori; & quia etiam in maiori dignitate proper maiorem vultatem facili solet dis pensari, vt ibi inquit Pontifex, & gloss. in verbo, ad pacem. In cap. vero cui de non sacerdotali, statuit Bonif. VII. quod si cui mandeatur prouideri de præbenda non integra aut certi valoris, non poterit etiam uoleuti de sacerdotali, dimidia, vel minoris valoris prouideri propter certos fines mandati, vt inquit ibi textus, & not. gloss. & doc. & nos mox admonuimus. Atque hec circa materiam huius tertii cap. dicta sufficiant.

## S V M M A E R E R V M

**1** Canonici soli seu beneficiati in aliqua ecclesia collegiata, regulariter optare possunt.

**2** Consuetudo optandi inter canonicos inducta non extenditur ad dignitates, seu Prelatos, ut possint optare canonicales præbendas.

**3** Consuetudo non extenditur de persona ad personam diversa qualitatibus.

**4** Sacerdos non potest optare præbendam diaconalem ibid.

**4** Præbendam parientiarum, aut similem obtinens non potest fortasse aliam optare. Contrarium. num. 11.

**5** Diuīsio beneficiorum unitorum debet fieri ab habente auctoritatem seruata, solenitatem, & ex iusta causa, sicut & uno.

Bene-

- 6 Beneficiarius non potest suum beneficium diminuere, aut danno efficeret.
- 7 Canonicus an habeat successorem, & an Pœnitentiarius & num. 12.
- 8 Pœnitentiarius principaliter habet officium, prebendam per annexationem, & quasirem per eum am fecundum Nauar. de quo num. 13.
- 9 Beneficiatus habet ecclesiam Parochialem suo beneficio annexam, non dicuntur simpliciter habere curam animarum.
- 10 Nauarri Doct. anchoritas.
- 12 Pœnitentiarius optando non disiudit, aut unit officium a beneficio aut cum illo, sed dimittit prebendam cum onere, & officio.
- 13 Theologi, & Pœnitentiarii officium quomodo instituendum sit.
- 14 Vno non semper ita fit, vt, quod vnitur, alteri accedat.
- 15 Antiquiores canonici prius optant, antiquiores in qua non etate, sed receptione. num. 16. declaratur num. seqq.
- 17 Canonicus qui maior est ordine, posterior tamen receptione, quomodo debet preferri in portione percipienda.
- 18 Antiquiores etate, vel maiores ordine poterunt ex consuetudine speciali preferri in optando, vel Doctores, aut persona insignes, num. seqq.
- 19 Doctorium ordo præcipuus est.
- 20 Excommunicatus potest optare. Contrarium alii. num. 21.
- 22 Excommunicatus priuatur fructibus beneficij,
- 23 Collatio beneficia excommunicato nulla est.
- 24 Optio non est collatio, neque collationem requirit.
- 25 Excommunicatus potest acceptare beneficium iam sibi collatum.
- 26 Beneficij collationem excommunicato factam, mero iure tenere probabile est.
- 27 Excommunicatus aquiparatur deportato.
- 28 Deportatus potest eligere, & optare.
- 29 Excommunicatus potest ea, que sunt facti, & per quas solum voluntas declaratur.
- 30 Excommunicatus non amittit fructus beneficij, nisi per

- per sententiam eos expresse continentem.
- 31 Absentes ab ecclesia optare possunt.
- 32 Absentes ob seruitum Papa, vel ecclesia optare possunt, licet consuetudo, vel statutum disponat, quod soli presentes optent. Hi enim habentur pro presentibus. num. 33.
- 34 Consuetudo contra ius non extenditur de casu vero ad fictum, neque de loco ad locum neg, de persona ad personam, id est in statuto nu. 35. Quod tamen perpetuum non est, remissum num. 36 præcipe vero ubi in casu omissionis militat eadem omnino ratio. num. 37. vel ubique aequaliter alge. num. 38.
- 39 Statutum, vel consuetudo disponens de presentibus in ecclesia extenditur de casu vero ad fictum.
- 40 Consuetudo optandi, sicut quavis alia inducta in una ecclesia non extenditur ad aliam ecclesiam, quamvis illi subiectam.
- 41 Canonicus, qui ex consuetudine optare non potest nisi semel, si semel optavit prebendam, super quae deinde mouetur sibi lis, non poterit aliam optionem facere, poterit tamen redire ad suam si succumbat, cum que dimiserit cum pote statione num. 42.
- 43 Prior in data, qui non fuit negligens, profertur in optando priori in receptione; posteriori tamen in data.
- 44 Conditio habetur pro impleta, cum non stat per eum, qui implere debet.
- 45 Absentes in seruitiis Papa, vel ecclesia cur optare possint etiam stante consuetudine, vel statuto, quod soli presentes optare possint.
- 46 Absentes quoq; in seruitiis Episcopi optare possunt. Quid in absentibus causa studii de licentia Papa, vel Episcopi. num. 47.
- 48 Absentes causa studii de licentia Prelati. vel Papa percipiunt fructus suarum prebendarum.
- 49 Præmialiatis, ut percipiatis fructus, ac si residerent, optare non possunt; & gaudere aliis præmialiatis, que comprehendunt presentib; tam de iure communis, quam ex consuetudine, vel statuto.
- 50 Consuetudo contra ius quando extendatur ad easum futurum.

- 51 Consuetudo optandi non est improbata a iure, sed immo permissa, & quodammodo approbata.
- 52 Optio fieri potest per procuratorem, habentem speciale mandatum: immo per procuratorem cum liberum. 55. quid in habente generale mandatum. num. 58.
- 53 Potest per alium, qui potest per se ipsum: & quiper alium facit, per se ipsum facere censetur.
- 54 Procurator admittitur in quavis re, ubi non prohibetur.
- 55 Procurator cum libera equiparatur habenti speciale mandatum. 57. item post permittute num. 57.
- 58 Procurator habens generale mandatum, & negotiorum gestor si nomine meo optet, & ego ratum habeam, optio valebit.
- 59 Dominum pecunia soluta negotiorum gestori acquiritur creditoris ratibabitio secuta.
- 60 Optio per quemcumque nomine meo facta forte valeat, si ratum habeam.
- 61 Beneficium post alicui conferri nomine absensis.
- 62 Beneficium impetrari potest sine mandato.
- 63 Coniuncta persona sine mandato admittitur ad optandum; sicut etiam in beneficibus. num. 64. requiritur tamen ratibabitio num. 69.
- 65 Coniuncta persona regulariter admittuntur, si caueant de rati: & quia ille sint. num. 66. & usque ad quem gradum. num. 67.
- 68 Canonici, aut alias coniunctus coniunctione spirituali non potest pro alio coniuncto impetrare, aut acceptare.
- 69 Ratibabitio requiritur ubi aliquis sine mandato speciali, aut sine libera pro alio optauit: & an ratibabitio huiusmodi per antiquis facienda pendente possim iuniores interim optare. num. 70.
- 71 Vocem in Capitulo habere non potest clericus Ecclesie Collegiate nisi alterius sit subdiaconus.
- 72 Subdiaconus primus est ex ordinibus sacris.
- 73 Altus clericorum ecclesia collegiata & quidam sunt Collegiales. & qui illi sint. num. 74. quidam non Collegiales. num. 75 & qui sint num. 76.
- 77 Clericus Ecclesie Collegiate etiam non constitutus in sacris optare potest praebendam vacantem, et n*u*. seq.

- 78 Optionis actus non est collegialis, sed singulis de Collegio competit ex canonica, & prebenda, & numero. seqq.
- 79 Optare non competit, aut pendet ex voce in Capitulo altius, sed ad summum ex passiu.
- 80 Vox seu electio passiu non requirit ordinem subdiaconatus.
- 81 Consuetudine, & statuto induci potest, ut non nisi subdiaconus optare posse.
- 82 Consuetudo magnam vim habet; & induci potest contra ius, modo sit rationabilis, & legitimè prescripta, neq; inferat gravamen Ecclesie. num. 83.
- 84 Statutum Ecclesie exequatur consuetudini illius. & condit ab ea potest etiam contra ius ubi agitur solum de praedicando iuri querendo. num. 85.
- 86 Rationabile est, ut non nisi subdiaconus ad optionem admittatur.
- 87 Dispensatus per Papam, ut non teneatur intra annum ad ordinem requisitum promoueri, poterit etiam potest annum optare.
- 88 Optare non potest clericus post annum, si intra annum ad ordinem requisitum non promouetur.
- 89 Corpore vitiatis à sacrorum ordinum susceptione, & executione regulariter repelluntur.
- 90 Deformitas repellens nunc hominem à sacris ordinibus quanam sit.
- 91 Deformitas quod ordinem suscepit inducit tantum irregularitatem in illo actu, qui ab eo corporis virtus impeditur.
- 92 Abscindens sibi membrum ex culpa efficitur irregularis, ticer illa abscissio nullum ordinis præstet impedimentum, aut insignem deformitatem inducat.
- 93 Deformitas iure impediens, aut non impediens susceptionem ordinum eorumque ministerium quanam sit.
- 94 Dispensare potest solus Papa super irregularitate, qua inducitur ex corporis virtu.
- 95 Dispensatio est stricti viris.
- 96 Dispensatus ad ordinis minores, non censetur ad maiores, neq; dispensatus ad ordine censetur ad beneficium.

- 97 Dispensatus in maiori censemur etiam dispensatus in minori, quod in illo maiori inest.
- 98 Argumentum à maiori ad minus qualiter addimitatur in dispensatione.
- 99 Dispensandi facultas, & potestas favorabilis est, & extenda.
- 100 Dispensatio extenditur ad ea, que necessario, & naturaliter consequuntur.
- 101 Dispensatus super pluralitate beneficium dispensatus quoq; censemur super residentia illis annexa.
- 102 Minor dispensatus ad curatorem, dispensatus quoq; censemur, ut non teneatur intra annum promoueri.
- 103 Ordo aliquis annexus ne sit probandis, ex aliis beneficiis in Ecclesiis Cathedralibus, vel collegiatis.
- 104 Ordines annexi probandis debent intra annum suscipi.
- 105 Beneficiū in Collegiata recepturus debet saltē posse intra annum ordinem requisitum suscipere.
- 106 Connexorum idem est iudicium.
- 107 Argumentum ab uno connectorum ad aliud vel à destructione consequentis quando procedat.
- 108 In habiliis ad ordines annexos aliquibus beneficiis in habiliis quoq; erit ad illa beneficia.
- 209 Optare non potest in aliqua ecclesia qui ob corporis vitium repellitur ab ordinibus annexis beneficiis illius Ecclesie.
- 110 Cacus repellitur à beneficio obtinendo Item ab optione num. 111.
- 112 Mutus repellitur ab ordinibus, & ab optione Item surdus num. 113. Idem aliis corporis defectibus, qui ab ordinibus repelluntur num. 114.
- 113 Corpore vitiatu dispensatus ad ordines etiam maiores optare non poterit.
- 161 Dispensatus ut obtineat beneficium in ecclesia Collegiata eo ipso poterit optare vacantes probandam, seu portionem.
- 171 Cacus factus postquam beneficium obtinuit in Ecclesia Collegiata poterit euueniente casu optare, & num. seqq.
- 118 Cacus miscrendum, & subueniendum est.
- 119 Inabilitas superueniens non debet aliquem priuare

- iure quasito.
- 120 Priuari non debet clericus etiam propter amentias beneficis, qua tempore superuenientis amentia obtinebat.
- 121 Cecus capax est dignitatis Ecclesiastice, ad quam ius aliquod habebat anteceditatem.
- 122 Cecus in Papam eligi non potest, electus tamen in sede manebit.
- 123 Ceci non possunt offerre panes Domino, seu esse sacerdotes.
- 124 Sacerdos, qui celebrare non potest propter defectum palmae, potest tamen fungi aliis sacerdotialibus officiis.
- 125 Decisio quadam Rot. Rom. explicata.
- 126 Surdus, mutus, & similes corpore vitati qui vitium post obtentum beneficium contraxerunt, optare possunt.
- 127 Surdus non est eligendus in summum Pontificem, electus tamen non erit à sede remouendus.
- 128 Peccator etiam notorius regulariter ut sic non est arcendus ab optione, cum easus euenerit, & num seqq.
- 129 Peccator quantumvis criminis, et notorius non debet in officio curiari excipitur notorius fornicator. num. 130.
- 131 Fornicator notorius non est ab optione repellendus.
- 132 Crimen inducens suspensionem ab ordine, vel eius executione non repellit obid ab optione, sed mulier induceret irregularitatem. num. 133.
- 134 Crimen inducens priuationem beneficij, vel depositionem, aut suspensionem ab illo repellit ab optione. secus si reus appellauerit a sententia. num. 135.
- 136 Irregularitas precedens receptionem ordinis, aut beneficij impedit optionem.
- 137 Dispensatus super irregularitate ut obtineat beneficium in Collegiata poterit optare.
- 138 Irregularitas sequens receptionem beneficij non impedit optionem.

*Quinam optare possint præbendas. Cap. IV.*

**Q** Vero Primo, An soli, & omnes antiquiores Canonicci optare possint.

¶ Prima Conclusio. Illud certum est solos Canonicos, seu beneficiatos in aliqua Ecclesia Collegiata t̄ regulariter optare posse, vt fatis patet ex iis, quæ adduximus supr. cap. 1. quest. 3. & cap. 3. quest. 1. ubi etiam diximus posse induci consuetudinem, vt beneficiatus in aliqua Ecclesia, dummodo constitutas aliqua ratione vnum corpus cum Canonice eueniens casu posset optare Canonicatum, seu præbendam Canonicalem uacantem, seu eam, quæ remanet inoptata pro quo etiam optimè facit decis. Delphin. Franc. Marc. I. 27. numero quarto & quod nos latius adducemus infra, hoc eod. tractat. cap. 5. questione 2. dum disputationibus, an optio semper fiat intra eundem ordinem & gradum cum hoc tempore stat, quod etiam Illustrissimis Cardinalibus, & Equitibus competit saltem aliquo modo ius optandi suos titulos, & commendas, vt supr. d. cap. quest. 3. & cap. 3. quest. 1. docuimus.

¶ Secunda Conclusio. Consuetudo optandi inducta, 4 quod canonici optent, non ita extenditur, vt prælati, aut dignitatem habentes possint optare canonicales præbendas, ita Calder. conf. 5 de consuetudine, quem etiam refer. & sequi videtur Roch. Curt. c. fin. de consuet. sect. 4. num. 7: ad fin. tum quod consuetudo non extendatur t̄ de persona ad personam, maxime vbi sunt diuersæ qualitates, & conditionis, iuxta not. per Dd. in c. fin. de off. Archid. & c. de Capell. Monach. tum quod in huiusmodi, quæ sunt striati juris, uno expresso non venit aliud, c. suscepsum, de re-scrip. in 6. & c. quamuis, de præben. eod. lib. Et hoc forte voluit Franc. Marc. decisi. Delphin. I. 266. 1. part. dum dixit, in optione non admitti decensem, ne sit contraria decis. paulo ante posita, quæ est 1258. num. 4. eadem prim. par. vbi aperte admittit, posse optari minorem præbendam; facit etiam optimè Rot. decis. 5. de consuet. in no. versic. aliam rationem, & vers. præterea videtur, dum ipsa quoq; ait, quod vbi sunt distincti gradus præbendarum, non admittitur desensus. Quia ratione idem quoq; dicendum est de præbendis inferioribus ordine, vt nimirum consuetudo

optandi in codem ordine non operetur, vt clericus optare posset præbendam inferioris ordinis vacantem, puta clericus habens præbendam sacerdotalem posset optare diaconalem, habens diaconalem posset optare ubi diaconalem; nisi forte ea in re speciali coniunctio legitime inducta sit per ea, quæ trademus infr. cap. 5. quest. 2.

¶ Tertia Conclusio. Probabile est, 4. quod vbi præbenda habet annexum aliquod perpetuum officium, puta Penitentiarius, non potest, qui eam haberet, alteram optare, ita in specie tradit Nauar. conf. 14. de rebus eccles. non alien. volum. I. per totum. Probat primo hanc opinionem, quod diuiniſio & beneficiorum vniuersorum requirit, vt diuidens habeat auctoritatem, & potestatem id faciendo, c. sicut vniere, cum ibi not. de excessi. prælat. & quod serueretur solemnitas in modo diuidendi, & concurrat iusta causa id faciendo, c. I de reb. eccles. non alien. in 6. sicut & vniō, vt probatur in in d. c. sicut vniere, iuncta clem. 2. de rebuseccles. non alien. quod si optaret Penitentiarius præbendam vacantem, diuidetur præbendam suam a Penitentiarii officio; item vniere officium alteri præbendæ, quæ est tercia Nauar. ratio, sine villa iusta causa, aut solemnitate. Neq; verisimile est, Cœciliū generale & Romanam ecclesiam voluisse priuatis hominib. facultatem concedere tam leuiter, & sine solemnitate tot vniiones, & diuisiones; & hæc est illius rō ab hac prima dependens. Secundo non potest beneficarius & suum beneficium diminuere, aut damno, afficere, c. delictum de reg. iur. in 6. cum ibi adnot. & similib. at vero Penitentiarius optando damnum afferre proprio officio; posset enim optare minorem præbendam, iuxta gloss. crebrius receptam in c. fin. de consuet. in 6. (vt etiam nos supra ostendimus cap. 3. quæ. vlt.) Quod si obiicias de aliis canonicis, responderet disparem esferationem, cum canonicus t̄ non habeat successorem, iuxta gloss. singularem receptam in c. quod sicut, de electi, quod etiam notauit Franc. Marc. decisi. Delphin. I. 232. num. 3. & 1261. num. 3. 1. part. vnde sibi potest præjudicare, Penitentiarius vero habet successorem, cui optando præjudicaret. Tertio, quia quod operatur oppositum in opposito, debet & optari propositum in proposito, cap. sciendum, c. 8 q. 1. l. & si contra, ff. de vulg. & pup. sed præbenda Penitentiarii optari non potest, quod tamen non probat Nau. nos breuiter ostendimus

mus supra cap. 3 q. 6. ergo neque ipse debet posse optare alterius præbendam. Quarto, quia Pœnitentiarius & habet principaliter officium Pœnitentiarum, præbendam autem habet per annexationem, & quasi rem peremptam, sicut qui habet ecclesiam parochialem suam præbendam, vel alteri beneficio annexam, non censetur & habere curam animarum; ca. super eo, de præbendis in 6. quare cum non posse optare aliam præbendam ratione officii, quod est principale, & quoddam viuum, non poterit id facere ratione præbendæ quo est accessorium, & quasi quoddam mortuum, & extinctum. Hę sunt in summa rationes Nauarri, quibus contendit, Pœnitentiarium optare non posse, ex curia sententia idem dicendum esset de eo, qui habet præbendam Thologalem, vel legalem, quam alii vocant doctoralē. Propter cuius doctoris & auctoritatem conclusio hæc, ut dicebam, probabilis est; maxima enim fuit illius tum doctrina, tum vita integritas, ut patet ex Couar. libro 1. var. resol. cap. 1. num. 2. Mandos. ad reg. 1. 6. de infr. Pinel. I. C. de bon. mat. 3. p. num. 16. in fine Vinal in Candel. Aur. in princip. tit. de aucto. doct. & aliis, quos video apud Petr. Cened. in collect. ad ius canon. collect. 12. num. 6. 2. par. Sed quoniam contraria sententia & melioribus, ni fallor, nittitur rationibus, et libentius ad hære, quam & ipse Nauar. in scholis disputando teneri posse fateatur, d. conf. 14. num. 1. & seruata mōdum audio hic Mediolani in ecclesia S. Nazarii, in qua qui prius Theologalem præbendam obtinebat, aliam optauit, ea simul cum onere, & officio legendi dimissa, que deinde alteri collata fuit. Illud enim regulare est, ut inferius dicamus antiquiores canonicos optare posse, & patet ex ipotext. d. c. fi. de consuet. in 6. ergo omnes optare poterunt; nam & regulē standum est donec exceptio probetur..ca. 2. in fin. de coniug. lepros. cum aliis tradit per doct. tum in rubr. de reg. iur. ac Couar. lib. 2.uar. resolut. cap. 12 num. 4. & indistincta & quipollē vniuersali, & vbi lex non distinguit, nec nos distingue rebemus, nisi manifesta nos cogitatio, iurib. vulg. in hoc autem casu nulla nulla nos cogitatio, ut contrarium fantiamus Nam prima Nauar dicimus enim Pœnitentiarium optando non diudicare, aut nire beneficia, de quo loquuntur illa iura; sed neque etiam officium a beneficio diuidit, aut vnit cum beneficio; dimidit enim præbendam simul cum officio, & onere annexo. Ex

quo etiam patet solutio secundæ rationis à Nauar. in contraria sententiam allegata; quicquid enim sit, an canonicus simplex habeat successorem, de quo per Dd. d.c. quod sic fit, Ant. Burg. in c. cum omnes. numero. 67. & sequentibus vbi Andr. ab Eze. nu. 84. & Ferret. numero 10. cum sequentibus, de consuet. Fel. cap. quoniam Abbas, nume 5. de off. de leg. Abb. in c. ex literis, de probat. Imol. & Gemin. in cap. statutum, de re scriptis. in 6. Ex quibus multi censem canonicum successorem habere: certe in hoc casu Pœnitentiarius nullum damnum assert, aut præbenda sua, aut successor, sed aliam optando siue maiorem, siue minorem, ille, cui conferunt, ea præbenda, quam ipse obtinebat, habebit onus, & officium Pœnitentiarium. Non obstat tertia; dispar enim est ratio cum in eo, qui præbendam, quam Pœnitentiarum vocant, vel etiam Theologalem aut legalem, obtinere vult, certæ qualitates requirantur, quae diligenter examinanda sunt iuxta ea, que supra cap. 3. q. 6. dicebamus.

Non vrget demum quarta & ultimāratio Nauar. nam officium potius ipsum, & onus Pœnitentiarum habet se sicut accessorium, quoddam mortuum, & extinctum respectu præbende, quam contra.

Neque huic rei obstat, quod præcipit Concil. Trident. sess. 24. capitulo octavo de reformat. vt & Pœnitentiarius instituatur ab Episcopo in cathedralibus ecclesiis, cum vniōne præbenda proximi vacatur; sicut ante sess. quinta capitulo de reform. decreuerat in munere Theologali, seu lectionis sacrae scripturæ, quod in cathedralib. insignib. vbi nulla præbenda, vel stipendum deputatum reperiatur pro ea lectione, præbenda primo vacatura quomodo cumque præterquam ex causa resignationis, ad cum vium ipso facto constituta, & deputata intelligatur: quibus verbis videtur prius presupponi officium illud, & munus Pœnitentiarum, vel Theologi, cui deinde vniatur & applicatur præbenda quasi accessoria. Non obstante inquam ea verba, nam illud solum intendit Concilium, præbendam aliquam cum tali munere connectere; ita ve si non vacaret villa præbenda statim institueretur officium: quod si iam vacaret præbenda, procul dubio potuisse Episcopus iuxta

mentem etiam concilii præbendæ vacanti officium ipsum  
vniuersitatem & annectentesque semper vnu sita fit vt quod vni.  
tur, alteri accedat, vt patet ex d. cap. sicut vniuersitatem de excess.  
prælat. & cap. quod translationem, off. leg. & not. Petrus de  
Perus tract. de vnuion. cap. 1. & Cucchi. in Instit. Canon.  
libr. 2. tit. 9. vers. diuersis autem modis vnu fieri solet. Sed  
de his satias.

**¶ Quarta Conclusio.** Certum est, ius optandi a primo  
spectare ad antiquiores canonicos, tex. est d. c. fin. in verbo  
antiquiores, vbi gloss. & ceteri de consuet. in 6. & aliis Dd.  
omnes, quotquot aliquid de optionibus scripserunt. Atq;  
hæc quidem conclusio ita procedit, vt huiusmodi antiquiores  
vigore statuti, aut coniuetudinis de optando, non semel  
dunataxat, seu pro prima vice, sed quoties casus euenerit  
modo aliud non obstat, optare possint, cum hic actus sua  
natura repetibilis, seu iterabilis sit, vt in specie decedit Rot.  
Rom. teste Bellamer. decis. 229 per totam, cui non obsta.  
bit regula sumpta ex l. boues s. hoc sermone. ff. de verb.  
signi. vt dispositio intelligatur de primo acto: illa, n. regula  
præter alias restrictiones de quibus ibi p. Rebus. & Tiraq.  
illam quoque patitur vt non procedat in ordinationibus.  
& statuti, neq; in consuetudine, vt satias probat ibi Rebus.  
vers. idem in ordinationibus, & sequent. Intelligitur autem f  
de antiquioribus non ætate, sed receptione: ita gloss. d. ver.  
bo antiquiores, & ibi omnes, idemq; colligitur ex Rot. de.  
cis. 2. & 3. ibiq; Add. de consuet. in no. sed clarius id vult  
Rot. decis. 6. num. 2. de consuet. in antiquior. & decis. 411.  
nu. 2. l. par. in nouiss. diuersi: Falcon. in tract. de referuat.  
benef effect: 49. Thom. Zerol. in Praxi Epis. verbo, canonia  
vers. ad. 7. co nclus. vlt. Mid in Report. vebo, consuetudo,  
per quam disponitur, il. 1. poli Rom. conf. 227. Allegat, Ge  
min. tex. in c. queris, de ætat. & qual. sed nihil ad rem alle  
gat quoque ipse, & alii c. statutimus de maior. & obed. sed  
potius facere videtur in contrarium, dum disponit, quod t  
qui maior est ordine, licet sit postea receptus, in optione  
percipienda. potior sit, & alii antecedat, cui tamen respon  
detur, procedere illum tex. in distributione facienda de  
fructibus, non autem in concessione ipsius præbendæ, vt  
ibi inter ceteros not. gloss. in verbo, potiore, vbi etiam sol  
nit alia iura, que huic ipsi interpretationi de antiquiori  
bus

**¶** 66. In nouiss. diuersi: Falcon. in tract. de referuat.  
benef effect: 49. Thom. Zerol. in Praxi Epis. verbo, canonia  
vers. ad. 7. co nclus. vlt. Mid in Report. vebo, consuetudo,  
per quam disponitur, il. 1. poli Rom. conf. 227. Allegat, Ge  
min. tex. in c. queris, de ætat. & qual. sed nihil ad rem alle  
gat quoque ipse, & alii c. statutimus de maior. & obed. sed  
potius facere videtur in contrarium, dum disponit, quod t  
qui maior est ordine, licet sit postea receptus, in optione  
percipienda. potior sit, & alii antecedat, cui tamen respon  
detur, procedere illum tex. in distributione facienda de  
fructibus, non autem in concessione ipsius præbendæ, vt  
ibi inter ceteros not. gloss. in verbo, potiore, vbi etiam sol  
nit alia iura, que huic ipsi interpretationi de antiquiori  
bus

bus receptione, immo & toti conclusioni obstatre videban  
tur: deinde respondeatur, non obstatre illum texum, cum  
non loquatur de antiquioribus, sed de maioribus. Denum  
cum loquatur de maioribus ordine, & disponat, vt præfe  
rantur in portionibus, forsan locum habere poterit in iis  
distributionibus, que inter omnes ordines canoniconorum  
distribuantur: optatio autem regulariter fit inter eos, qui  
eiusdem ordinis sunt, vt dicam inf. cap. seq. quest. 2. Melius  
ergo & magis ad rem allegari possunt ea iura, quibus gloss.  
d. c. fi. verbo, antiquiores. & ibi ceteri, nosque sup. cap. 2.  
quest. 1. ostendimus, hanc consuetudinem optandi esse ra  
tionabilem, & sequenti inititi; loquuntur enim ea iura de  
iis, qui maiora seruita in ecclesia exhibuerunt. Ex quo in  
fertur, quod ubi speciali aliquo iure posterius receptus  
sedere in debet in choro, & capitulo ante eum, qui prius  
receptus est, ex eo, quod posterius receptus obtinuerit ali  
quam præbendam qualificatam prout in ecclesia. Metro  
politana Mediolani ex erectione, & fundatione Illus. et.  
me. Caroli Cardinalis, Borromei Archiepiscopi obtinens  
pro tempore præbendā Theologalem propter vitimam di  
gnitatem sedere debet, eumq; statim sequitur Penitentarius  
hunc vero is, qui præbendam legalē, quam Doctoralē  
vocant, obtinet, eo inquam casu huiusmodi præbendam  
qualificatam possidens, qui quidem optare potest, vt pre  
cedenti conclus. latius docuimus, cum posterius recepus  
suerit, antiquiores autem receptione in optando præferan  
tur, vt mos ostendimus licet fedeat ante eum, qui prius  
receptus fuit, tamen in optione ei post ponendum est. Non  
negauerit tamen consuetudine induci posse, vt in optione  
præferantur antiquiores ætate, vel maiores ordine, vt tra  
dit gloss. q. verbo antiquiores, & sequuntur ibi ceteri; &  
tunc pro maioribus ætate erit bonus tex. in c. quanto, de  
translat. Epis. & l. semper, ff. de iur. immunit. & d. c. queris  
de æt. & qual. ordin cum aliis que assert. la. conf. 192. co  
lum. 1. & 2. Volum. 2. Rol. conf. 93. nu. 1. 3. Volum. 4. 8c  
Prob. Addit. ad Io. Monach. d. c. fi. nu. 35. & seqq. Pro ma  
ioribus ordine erit optimus tex. d. c. statutimus: idemq; de  
consuetudine, que habent aliam equitatem, tradit gloss.  
& d. c. verbo, antiquiores, exemplificatq; ibi Io. Gemin. &  
Franc. si detur optio doctribus, quorum 4 ordo est præ  
puu. c. cum ex iuncto, de hereticis, super, de mag. c. de mul  
ta, de

ta, de præbē. uel filiis Principū, aliisq; insignibus psonis,  
dīc. de multa, c ne aliqui, de priuili. & clē. plenti de bapt.  
cum, simili. Præterea restring: pōrincipali psalms hēc con  
clusio per ea, quæ dicimus infra. q. 3. concil. 2. illatione. 1.

**I** Quero Secundo, An excoicatus possit optare?

Respondeo t̄ quod sic: ita voluerunt Domi, de Rot.  
decis. 5. num. 1. de concess. præben. in no. Cassid. decis.

20 17. nu. 5. de præben Frāc. Marc. decis. Delphin. 1259. n.  
41. par. idem voluit Parīs. cap. dilecti. colum. 1. de ex  
cept. Gemin. d.c. fin. s. fin. num. 4. & ibi Franc. in p̄ncip.  
nu. 6. & Rebus in c. postulatis, num. 13. de cler. excom.  
ministr. Aen. Falcon. in tract. de referat. q. 1. in 5. effect.  
& Gig. de pens. q. 63. vbi hanc communem opinionē  
esse dicit & sequitur etiam Didac. Couar. qui nullum  
horum p̄t̄er Rot. refert. in relect. cap. alma mater. 1.  
pat. 7. num. 4. de sent. excom. in 6. modo optio nullam  
requirat nouam beneficii & tituli collationem. Con  
trarium tamen tenere videtur, Add. ad Rot. d. decis.

5. post. Petr. de perus. in c. referente, de præben qua re  
pet. est in eius tract. de permitt. benef. & ipsamet Rot.  
decis. 8. num. 10. de sent. excom. in antiqu. & Falcon. in d.  
tract. de referu. benef. q. 4. effect. 5. nu. 3. Pro qua opinio  
ne facit primo, quod excommunicatus non facit su  
220s fructos præbendæ, si que priuatur, ut habetur in c.  
pastoralis s. verum, de appell. multo vero minus po  
tentit optare præbendam, cum sit res spiritualis, vel sal  
tem spirituali annexa, ut not. Archid. in c. gratia, in  
princ. de scriptin. 6. Secundo, quia t̄ collatio beneficij

23 excommunicato facta nulla est, c. postulatis, cum ibi  
not. per Dd. de cler. excom. ministr. & not. Rot. decis. 5.  
de sent. excō. in antiqu. Cassid. d. decis. 17. n. 6. de præben.  
late Staphil. de lit. grat. & insti. tit. de vi & effect. claus.  
in princip. num. 9. Tertio, facit tex. d.c. referente, vbi in  
specie disponitur, excommunicatum optare non posse  
Quibus tamen non obstantibus, prima opinio ut com  
muniōr est, ita verissima, mouentur autem omnes illi,  
quia t̄ optio non est collatio, ut not. Archid. d.c. fin. de  
24 consuet. in 6. & nos latius inf. cap. 7. q. 1. excommuni  
catus vero solum prohibetur, ne ei conferri possit be  
neficiū, quare illud satis probable est, t̄ excommuni  
catus possit beneficium sibi absenti collatum accepta  
re.

re, quod & voluit Rot. d. decis. 5. de concess. præben. &  
decis. 8. de sent. excom. & tener etiam Staphil. d. tit. de vi.  
& eff. clausularum, vers. 6. quæritur. num. 22 late que  
tradit Couar. in rel. c. alma. mater. 1. part. 5. 7. nu. 4. de  
desent. excom. lib. 6. & lib. 3. uar. resol. cap. 6. num. 4.  
vbi etiam ad id refert Card. conf. 103. col. 4. Rebus in  
concord. Gall. tit. de ex com. non vitan. ac fuit & Lud.  
Gom. in tract. de expectat num. 60. & hanc opinio  
nem magis communem esse testatur post Nauar. in c.  
se quando col. 31. de t̄script. & quamuis Couar. d. ca.  
16. num. 4. de hac opinione dubitās, distinguēs; velit  
acceptationem beneficii factam ab excommunicato  
validam esse, & efficacem quoad voluntatis, & conser  
sus declarationem, non autem quoad iuris acquisitionis  
mita quidem, ut beneficium ipsum minimè acqui  
ratur ratione huius acceptationis, donec absolutus is  
fuerit, tunc vero absq; noua acceptatione proiūs ac  
quiri. tñ optio vel est declaratio sola voluntatis, vel cer  
te non est collatio iuris, aut collationem requirit, ut in  
fra dicimus & ipse Couar. d. s. 7. n. 4. proficietur se ab ea  
cōiōti opinione, non discedere immo aliqui non im  
probabilitē tenuerunt, mero iure valere t̄ collationē 26  
beneficii excoicato factā, ut Card. cons. 40. incip. in facto  
neque eis refragatur tex. d.c. postulatis, cū non declaret,  
collatione excoicato factā ipso iure non tenere, sed solū  
non posse illi conferi beneficiū, idque ab eo non posse  
sine di spēlatione retineri. Sed cōfirmati etiā potest ista  
cōiōti opinio qm̄ excoicatus & aequiparatur deportato,  
ut tradit. doctores in I. eius qui, ff. de testam. & s. minor 27  
Instit. de c. dimin. & not. Innoc. in c. qualiter, & quādo,  
il 2. de accusat. Rot. de cis. prox. alleg. & decis. 4. de sēt. ex  
com. in antiquior. n. 1. pott. gloss. lo. An. c. decernimus,  
de sent. excom. in 6. sed deportatus potest eligere, &  
optare, t̄ ex testamēto, s. si quis rogatus, ad T̄ ebeil ergo 28  
poterit & excommunicatus. Accedit etiā quod exco  
municatus + potest ea, quæ sunt facti, & per quæ solū vo  
luntas declaratur, c. pro illorum, de præben. c. si vero, de 29  
sent. excō. iunctō d.c. decernimus, sent. excō. in 6. & c. si  
gnificasti de eo, qui dux. in matt. sed per opinionē solū  
declaratur uoluntas & sine collatione noua ad summū  
acquiritur ius ad præbēdām, non autem ad beneficiū,

vt colligitur ex Rot. de decis. proxime all. & Gemin. d. s. f. & de se patet. ergo. &c. Quibus sic stantibus, non obstant, quæ in contrarium allegantur. Non prium: nam in d.c. pastoralis fructus non auferunt ipse iure excommunicato, sed per sententiam, & quidem id ex presse continere debet sententia, ut ibi optime notat glo. in verbo, subtrahuntur. Non secundū: optio enim sit sine collatione, vnde non recte arguitur, cum diuerfa sint, vulg. l. Papinianus, ss. de minor. maxime cum si mus in pñalibus & odiolis, quæ potius restringenda sunt, c. odia, de reg. iur. in 6. cum similibus. Non tertium: nam ille textus non loquitur de optione nostra, sed de optione inter duo beneficia, quæ requirit collationem.

¶ Quero Tertio, An absentes ab ecclesia saltem ex iusta causa possint optare:

¶ Prima Conclusio. Probabile est, quosquis & absentes optare posse: ita colligitur ex Doctoribus infra allegandis, in sequenti conclusione, dum enim querunt, an posito statuto, vel consuetudine, quæ dat optionem præsentibus tantum, absentes in seruicio ecclesie vel Papz, vel alia iusta de causa, ob quam præsentes habentur, optare possint, aperte supponunt, quod vbi non adsit talis specialis consuetudo, vel statutu, quod soli præsentes optent etiam non præsentes optare poterunt idemq; fatus videtur esse de mente tex. & Dd. d.c. fin. dum permittunt ac volunt, optionem etiam per alios fieri posse. tempusque ad optandum datum non curte re, nisi a die scientiae, vix enim necessitas adesse videtur per alium optandi vixque ignorantia presumi posse præterquam in absente. Demū id ipsum probari potest ex iis, quibus paulo post ostendemus, consuetudinem extendi posse ad casum similem, & rationabilem.

¶ Secunda Conclusio. Vbi statutum ecclesie disponat, vel etiam consuetudine id solum obtinuerit, quod præsentes optent, forte quia numquam casus absentiæ evenit, vel etiam quod solum præsentes optent, sicasus 3: eveniat, certissimum est, t. absentes in seruicio ecclesie, vel Papz, optare posse intra Viginti dies a tempore scientiae: lo. And. d.c. fin. verbo innitens, ver sic. item scias & ibi Gemin. in princip. num. 6. Franc. uume. 7. idem tenere

tenere videtur Zenzel. ibi vt eum referi Gemin. sed clariss huic opinioni adheret Gig. tract. de pñ. q. 63. nu. 16. Rot. decis. 6. num. 2. de confue. in antiquior. quicquid in contrarium voluerit Archi. Butr. & Io. de Lig. d. cap. fi. ex eo quia consuetudo sit stric̄tū iuris, at que adeo nō extēdēda, l. i. C. decemcip. lib. c. fi. de off. Archid. cum similib. maxime, quando contra ius est. c. cum in tua, cum ibi not. de decim. quorum etiam sententia fauere videtur sacra congregatio, quæ præst interpretatiōnē Trident. Concil. dum ad less. 24. cap. 1. de reform. in vna Casalen. declarauit. clericos, qui habent facultatem percipiendi quotidianas distributiones in Ecclesia Collegiata, in qua beneficium obtinent quando resident in Parochiali, non posse eo tempore optare, quod si optent, options nullas esse loquitur autem cōgregatio de absentibus nō modè ab ecclesia Collegiata, sed etiam a ciuitate de iis nimis, qui habent parochiale extra ciuitatem, subdit. n. eodem loco, quod isti Canonici, quando veniunt ad ciuitatem ubi est Canonicatus, debent Choro interesse ad hoc, ut percipere possint distributiones illi autem, qui priorem sententiam nobiscum tuentur, mouentur duplī ratio ne; primò, quia t. iti habent de iure pro pñ. sentibus, ut de seruicio Papz habetur. in c. cum dilectus, de seruicio Episcopi, in c. de cetera, & c. ad audiātiā, de seruitiis demum ecclesie, in c. ex parte, il. 2. de cleric. non resid. & c. vñico, cod. tit. in 6, & in c. cum non deceat, de elect. eod. lib. Secundo, quia si dicatur, hos casus fictos esse, consuetudinem autem nō extendi ad casum si & tūm, adhuc id non habebit locum in hac consuetudine, cum non sit contra ius secundum aliquos: ea vero procedunt & in consuetudine contra ius, per not in c. suceptum, de restcript. in 6. & d.c. cum in tua, de decim. & in l. omnes populi, ss. de iust. & ius. Sed admissa pro nūc sola prima ratione, que solida est, & tangitur per lo. An. quoniam secunda licet valere pos sit in sententia Gemin. Franc. & aliorum, qui, vt su pra cap. 2. quæst. 2. concl. 1. vidimus, tenuerunt, consuetudinem optandi esse præter, non contra ius: nobis tamen, qui contrarium post Rot. & alios ibid. ostendimus, non modo non suffragari, sed & valde aduersari vide

Videatur ideo tam pro eius solutione, quam pro dilectione multarum rerum, quas sumpsi a hoc cod. tr. & sparsim artigimus, aliqua hic de consuetudinis extensione adnotari sunt. In qua materia, ut admittimus tamquam regulare consuetudinem illam, quem contra ius est, non extendi, neque de casu vero ad dictum, neque de loco ad locum, neque de persona ad personam, ut conciliundit communiter Dd. in l. de quibus ff. de leg. l. quod non ratione, ff. cod. & l. 3. s. hec autem verba, ff. de negot. gest. Gemin. Frac. & Archid. loc. cit. & satis patet tum ex Doct. quos late refer Roch. Curt. c. fin. ext. de consuet. sect. 4. num. 1. usque ad 10. tum 55 ex tex. d. l. quod non ratione, c. quod translationem de off. leg. c. fin. deo ff. Archid. & d. l. 1. C. de emancip. lib. cum similib. quod idem t. in statuto tradunt post Imol. & alios Gemin. d. c. fin. num. 7. & ibi Add. communem quem sententiam dicunt Alexi consil. 88. colum. pen. lib. 7. Crauet. cons. 56 205. num. 25. Soar. in Thef. recep. i. eut. lit. S. num. 187. Id. tamen & perpetuum non est, ut patet ex iis quem suse inter talios tradit idem Curt. d. sect. 4. num. 12. usque ad 23. & 57 Fel. in c. auditus. colum. 4. & seqq. de præscrip. Quod, verò ad rem nostram facit, duas præcipuas restrictiones admittit ea conclusio. Quarum altera est, ut non procedat, t. quando in casu omnino a consuetudine militat et aedem omnino ratio; tunc enim & iam non dicitur fieri extensio, sed ille casus includitur in ratione consuetudinis, ita voluit gloss. in c. i. iii. verbo Italia. de tempor. ordin. quam sequitur Abb. in c. at si clerici in princip. colum. antepe. de iudi. & aliij. quos late refer Curt. d. sect. 4. num. 23. iunctis per eum prius not. num. 1. Altera & optima est, quando duo & qui parantur alegentur enim consuetudo superueniens in uno extenditur ad aliud, ita Abb. communem dicens, in c. de multa, super gloss. in eadem de præben. Butt. d. c. fin. colum. 34. vers. fallit. 3. ext. de consuet. ibiq; late Curt. d. sect. 4. num. 1. idem etiam tenet post Imol. Gemin. d. c. fin. in princip. cip. numero 7. de consuet. in 6. & ibi Add. post Rom. consil. 105. idem inq; Franc. d. c. fin. num. 2. Et ratio est, quia tunc extensio non sit ab homine, sed a. ge ipsa, ut per Curt. loc. cit. 59 & in specie de absentibus ab ecclesia, quod statutum, vel cosuetudo, loquens de præsentibus, & extenderat ad casum dictum, tradunt Abb. & alii, in d. c. cum dilectus. & c. ad au- dientian, de clericis non refid.

Ex his

Ex his infertur primo, & consuetudinem inductam in vna ecclesia de optando non extendi ad aliam, quamvis sit sit illi subjecta, ut patet ex iis, quem suse tradit Curt. d. sect. 4. num. 7. & 17. vbi post Abb. in c. cum olim, de consuet. & alios ostendit, id verum esse in quibus consuetudine, ut non extendatur de ecclesia ad ecclesiam.

Secundo infertur. quod stante consuetudine t. quod canonicus non possit optare nisi semel, tunc si es lemel optauit, licet moueat sibi his super præbenda optata, tamen non poterit aliam optionem facere; ut in specie voluit Calder. consil. 6. tit. de consuet. per totum; quem sequitur etiam Curt. d. num. 7. quamvis possit redire t. ad suam, si pendente lite inter eum, & alium qui optauit eandem præbendam, succumbat, quando reseruauit sibi iura pristina, ita optando quatenus præbenda optabilis sit, nec aliter, nec alio modo, &c. vt late & optimè tradit Abb. consil. 347. num. 4. & seqq. volum. 4. interim vero debet permanere in possestione sua. vi. idem ostendit, num. 1. & 2. Tertio infertur decisiō illius questionis, an stante consuetudine in ecclesia, quod antiquior possit optare; si prior in data sit secundo receptus, si præteratur posteriori, in data, prius tamen receperit, quando per illum non stetit, quin prius recipere tunc quis enim videatur, quod non ex eo, quod prior in data sit facta primo receptus: Tamen & contrarium pulchre deci- 43 sum fuit per Rot. Rom. decis. 6. num. 2. de consuet. in antiquior. tum ob alias rationes tum maxime, quia illa secunda receptione retrotrahitur, ex quo primus impetrans erat primo recipiendus, nec per eum stetit, quin recipere tunc & subiicit. quod ita per tres sententias sui pronunciatum. Rot. sequitur Prob. ad Io. Monach. d. c. fin. num. 27. vers. 8c pro intento, de consuet. in 6. & Curt. d. sect. 4. num 11. vbi assignando rationem rationis subdit, non obstat, quod talis non si vere primo receptus; quia casus fictus & quipatur vero in terminis prædictis, eum conditio t. habeatur pro impleta, quando non stat per implere debentem, liure 44 ciuili. ff. de cond. & demonstr. I. & c. cum non fiat de regul. iur. in 6. cum similib. quod etiam adnotasse videatur ibid. Rot. dum ad hoc allegat. d. liure ciuili. & c. tibi qui, de re script. in 6. facit & optimè ad hanc decisionē tex. in c. cum cui, de præben. in 6. vbi mādat Pōtīsex antefieri in prouisio ne eum, qui prior est in data, licet posterior sit in receptio nello,

ne illo, cui postea similis gratia facta fuit, & prius fuit recep-  
tus. Et hæc erit singularis limitatio, si est vera, ad quartam  
conclusionem supra positam, in quæst. 1. dum ostendimus,  
regulariter antiquiores in receptione de iure præserti ce-  
teris in optando. Infurter etiam quarto ratio † prioris ratio  
nis ex illis, quibus supra hac ipsa conclusione ostendimus,  
absentes in seruitiis Papæ, vel ecclesiæ optare posse tanquam  
præsentes, ex eo nimirum, quia casus ille factus præsentè  
a iure æquiparatur vero in iuribus ibi alleg. Quinto collig-  
itur † ob eandem rationem, idem dicendum esse de absenti-  
bus in seruitio Episcopi propter tex. in d.c. de cetero, maxi-  
me autem, d.c. ad audienciam, de clericis non resid. vbi ex-  
pressè pro ratione curii fructus, præbendæ percipere de-  
beant, subdit Pontifex, cum absentes dici non debeant,  
sed præsentes qui tecum Episcopum alloquēs, pro tuo, &  
ipsius ecclesiæ seruitio commorantur, ibique notant Abb.  
& alii ex eo tex. quod statutu dispensens in materia iuris,  
verificatur etiam in casu facti, quando casus factus, & ve-  
rū æquiparantur a iure; & in terminis de optione ita vo-  
luit lo. An. d.c. fin. Sexto infurter, 4 secus videri dicendum  
in iis, qui ablunt causa studii ex licentia Praelati vel Papæ,  
iuxta tex. c. relatum, & c. tuxa fraternalitatis, de clericis non re-  
sid. vt ii optare non possint, cum a iure expresse non equi-  
parentur præsentibus. Contrarium tamen puto verius,  
cum non requiratur, quod expresse a iure dicatur, quod pro  
præsentibus habeantur, sed sufficit, quod in effectu i-  
dem illis a iure concedatur, quod præsentibus, vt patet ex  
iis, que tradit late Curt. d. fe. 4. nu. 14. in dict. autem iuri  
bus aperte disponitur, & quod absentes causa studii de li-  
centia Praelati vel indulgentia Papæ percipient fructus præ-  
bendarum suarum; & hoc est de mente lo. An. Gem. &  
Franc. post Anch. d.c. fin. de consuet. in 6. dum illud so-  
lum volunt, teos, qui noo a iure, sed ex priuilegio perci-  
piunt fructus, ac si residerent, optare non posse, & gaudere  
aliis iuribus, & priuilegiis, que præsentibus cōpetunt tam  
de iure communis, quam ex consuetudine, vel statuto, vt ait  
Franc. d.c. fin. in princip. num. 7. quod idem quoq; sentire  
videtur G. g. d. q. 63. num. 16. dum ad Franc. se remittit.  
Infurter denique solutio rationis Archid. & lo. de Lig. d.c.  
fin. dum probare contendunt, absentes in seruitiis Papæ,  
vel ecclesiæ optare non posse, quia consuetudo non sit exte-  
denda,

denda simul etiam patet explicatio secundæ rationis per  
Dd. allatæ ad confirmationem nostræ sententie, eiisque so-  
litionis, quatenus nobis aduersari videbatur, tenentibus con-  
tra eos, consuetudinem optandi non esse præter, sed contra  
ius. Quanquam & alteri ad illam respondet potest, quod  
nimisimum consuetudo contra ius & tunc demum non exten-  
datur ad easum fictum, quando ea ita contra ius est, vt vel  
ea ipsa a iure improbatur, vel id faleat, quod per eam dispo-  
nitur, directe & expresse reprobatur, non autem solum indi-  
recte; consuetudo autem optandi † non est expresse im-  
probata a iure, immo permissa, ac quodammodo approba-  
ta rationi, atque eq; uitati innotit, vt tradunt glossi. & Doct.  
d. cap. fin. & nos ostendimus, sup. cap. 2. quæst. 1. neque id,  
quod per hanc consuetudinem, & statutum inducitur, vt  
antiquiores elegant meliores præbendas, cum vacauerint,  
improbatur directe, & expresse a iure, sed solum indirecte,  
dum prohibet, ne beneficia sine canonica institutione ob-  
tineantur, & simila quib. d. capitu. 2. quæstione. 2. concl. 1.  
ostendimus, consuetudinem optandi esse non præter, sed  
contra ius, hoc est contra communes, & generales iuris  
regulas, non autem spesiale, & expressam eadem in re de-  
cisionem, ac dispositionem. Declaratio verò illa sacre Congre-  
gationis optimè procedit in casu, de quo loquitur tum  
quod ille Canonicus, qui habet Parochiam extra ciuita-  
tem, non habetur de iure communi pro præsentis; sed ille  
dùtaxat cuius Canonicati vel dignitati ipsa cura annexa  
est, vt constat ex Trid. Conc. sen. 22. cap. 3. de reform. quare  
hic absēs poterit optare, non ille, et non obstat huic poste  
riori conclusioni; tum etiam in odium eis, qui plura bene-  
ficia in compatibilitate impetravit, & sic non obstat etiam  
priori conclusi. quam probabilem diximus.

¶ Quarto Quarto, An optio possit fieri per alium, seu  
an aliis nomine meo possit optare;

¶ Prima Conclusio. Potest quis † optare per procura-  
torem habentem speciale mandatum. ita ex hoc tex. collig-  
unt hic Doct. communiter, inquit enim textus, possint  
cum vacant, per se, vel per alios optare præbendas & pro-  
batur, tum quia regula est, quod potest † quis per alium  
quod potest facere per se ipsum, c. potest quis de reg. iur. in  
6. & qui per alium facit, per se ipsum facere videtur, c. qui  
facit, eodem titu. cum simil tum quia † possunt per procu-

curatorem, fieri, que specialiter non prohibetur, §. 1. In fine per quas personas, i. s. causa autem, si de procur. cum ibi non per Doct. Et de hoc nulla est difficultas.

¶ Secunda Conclusio. Potest fieri optio & etiam a procuratore, non habente speciale mandatum, qui tamen constitutus sit cum libera, iuxta formam tex. in c. qui ad agentum procur. in 6 ita lo. An. Butr. Gem. & Franc. d. c. fin. de consuetudine. Ratio est, quia hic procura tibi & equiparatur habenti speciale mandatum, ut habetur in d. c. qui ad agentum, immo & potest, que potest dominus, vt notant gloss. & Dd. in l. procurator cui ff. de procurat. Ad hoc idem allegant doct. praecepit tex. in d. l. procurator, qui quidem optimus est, dicit enim ibi Paul. l. C. procurator, cui generalis & libera diminutio bonorum commissa est, potent & 57 exig & nouare, aliud pro alio permittare.

¶ Tertia Conclusio. Si procurator habeat generale mandatum, vel negotiorum gestor optet nomine meo, & ego ratam habeam optionem, ita valerbit, ita Archid. lo. An. Gem. & Franc. d. c. fin. opt. text. in l. si ego, ff. de neg. gest. vbi domini pecunia soluta negotiorum gestori creditoris acquiritur creditoris rauhabitione per eum secuta, & l. communis seruus, §. f. ff. de procur. vbi si procurator habens generale mandatum vt vult gloss. vel vt Bart. & alii, nullum habens mandatum re emat, acquiritur domino possesso, si ratam habeat emicionem, immo etiam forte idem erit, & si quis nominis alterius optet, & is ratum habeat, vt satis aperte tenent idem Archid. Ioan. An. Gem. & Franc. loc. cit. & facit tex. in c. accedens, de praeben., & in c. f. tibi absenti, eod. tit. in 6. vbi potest quis & per alium seu alius pro eo de beneficio inuestiri, eique illud conferri, licet is ius in beneficio non habeat, nisi secuta acceptatione, ut dicatur in d. c. si tibi absenti, fauebit etiam tex. in d. l. communis seruus, §. de procur. secundum int. llectum Bart. & aliorum intelligentium de eo, qui nullum habet mandatum: Facit & gloss. in c. nonnull. §. sunt & alii, ibique Fel. num. 62 45. & alii dum volunt ad impetrandum beneficium & non requiri mandatum saltem speciale. Facit demum tex. d. c. in. dum absolute permittit, quod per se, vel per alios possit fieri optio. Illud sane certum & mihi est, coniunctam personam sine mandato debere ad optandum admittitur enim in beneficibus, & post Bart. & I. mol. voluit Fel. d. §. sunt & alii, num. 45. & 46. satisque colligitur ex tex. d.

§ sunt & alii, in f. qui admittit coniuncta personam in respectu ad lites, in quorum tamen imprecatio paulo ante requirit speciale mandatum, quod in beneficialibus non requirit mors ex Fel & alii diximus; & alias generaliter admitti debet & coniuncta persona, si caueat de rato, vt patet ex tex. d. §. sunt & alii, & l. sed & hec, in princip. ff. de procur. vbi Dd. Couar. lib. 1. var. resol. cap. 6. num. 5. Nicol. Moz. tract. de contract. tit. de mandat. num. 23. Sunt autem 4 huius persona coniuncta, quae sine mandato admittuntur parentes, liberti, fratres, affines & liberti, ut habetur in d. l. sed & hec, in princip. ff. de procur. cum hoc discrimine, quod ascendentes & descendentes admittuntur usque in infinitum, vt volvit ibi gloss. in verbo, liberi, ceteri coniuncti intelligantur, & admittuntur usque ad quartum gradum, ut probat Fel. d. §. sunt & alii, num. 60 Bald. & Doct. d. l. sed & ha, & Couar. d. num. 5. in princip. ultra quartum autem gradum arbitrarium est iudicis, qui dicantur coniuncti, ut ibid. dicit Fel. & num. praecedenti, vbi etiam post Abb. num. 10. & alios tradit, ultra quartum gradum attendi debere consuetudinem patrum, vel etiam curie, in qua facienda est imprecatio, & praeter ea affectionem, quod late ostendit Menoch. de arbitri. iud. lib. 2. centur. 2. calu 145. num 5. 6. & 8. Plura de coniuncta persona quando admittenda sit in iudicio, vele extra, & quomodo preter Doct. d. §. sunt & alii & l. sed & hec, ceterosque Doct. allegatos videndum est nouissime Fernand. Vafsi lib. 2. controvrs. vsu frequent. cap. 23. num. 6. 7. 8. 9. 12. & 13. vbi hanc rem examinat. quem Auctorem nunc duimata prodicentem post primam huius operis editionem vidi mus; & caute in aliquibus legiūm admonemus. Secus autem dicendum erit & de canonico, aut alias coniuncto coniunctione spirituali; nam non poterit pro alio sine mandato imperare, aut acceptare beneficium, vt in specie 63 tradunt Specul. tit. de rescript. presentatione. §. ratione autem imprecati, versi sed numquid canonicus lo. An. d. §. sunt & alii, & ibi late fel. num. 55. quare idem dicendum erit in optione. In omnem vero calum etiam in coniuncta persona carnali coniunctione & requiritur ratiabilitio, vt post Host. lo. An. & Imo. in c. ex parte, de rescript. tradit Fel. d. §. sunt & alii, num. 53. illudque solum differt ceteris, quod sine mandato cum cautio- ne de

ne de rato omnino admitti debet, ut ex Doct. sup. cit. liquet & Ias. in 1. exigendi limit. 12. C. de procur. qua tamē in re illud probabile mihi est quodvbi coniunctus, de cuius interesse agitur, sciret, coniunctum pro se agere, uel negotium gerere, & patreter, inde resulat tūcī mandatum, ita, ut necessaria non sit ratihabitio, vt Alex. l. sēpe nūme. 88. de re iud. ad communī atestante Butr. & Imol. in cap. ex parte de cani, eod. tit. & alii tradit Valsq. d. cap. 23 controv. freq. num. 6. licet ipse dissentiāt vbi in iudicio coniunctus agit; quod et ego facile admitto, propter maximum p̄t̄-iudicium quod ex iudicis paratur, non autem sit in extra- judicialibus maxime leuoris momenti, qualis est mutatio p̄bendæ, qua sit per optionem, & ut plurimum melioris ac pinguioris, vel certè rationabiliter gratos. Quod si quæ ratur, An interim, dum sequatur ratificatio optionis per antiquiores, iuniores possint optare; Respondeo, probabile 90 mihi esse, t̄ quod absolute optare non possint, arg. tex. cum ibi not. in c. sit ibi absenti, de pr̄b. in 6. vbi collator non potest resilire a collatione per alium absenti facta, nec potest fieri alia collatio pendente acceptance, seu tempore ad acceptandum, quod idem fere habetur in Clem. cum ei quē s. fecit, cum ibi trad. per Card. & alios, de concessi p̄bend. conditionaliter vero poterunt, sic, vbi per antiquotem optio non ratificetur, vel non intra debitum tempus opto vacantem, & suis optauerit legitime, opto illius p̄bendam, per ea, quæ dicam inf. cap. seq. q. 1. concl. 1. & cap. 6. q. 3. ad finem.

¶ Quarto Quinto, An clericus Ecclesiæ Collegiatæ, qui non sit in sacris constitutus optare possit.

71 Pr̄mitto primo regulariter t̄ clericum ecclesiæ cuiuslibet Cathedralis, aut Collegiatæ ad effectum, vt habeat vocem in Capitulo, debere sicutem esse constitutum in ordine subdiaconatus; ita expresse disponit in Clem. viij qui, quæ est a. de. et. & qual. & ord. p̄ficiē. vbi Glos. & Doc. eam rem tum adnotarunt, tum latius quoq; pertractarūt, idem quoq; cauerunt in Trident. Concil. sess. 2. cap. 4. de reformat. subdiaconatus autem t̄ primus est ex sacris ordinibus, vt Glos. & Doct. omnes d. Clem. 2. tradiuerunt, constatq; ex c. 1. & c. erubescant, totaque fere dist. 32. quid quid antiquioribus canonibus sanctum fuerit, de quibus dist. 31. fere per totam.

Pr̄mitto secundò quosdam actus Clericorum Ecclesiæ Collegiatæ t̄ diei collegiales, qui sine toto Collegio, eiususc maiori parte expediti non possunt, prout t̄ est regulariter electio, vt patet ex toto fere tit. de elect. ex. & in 6. quidam sunt & non Collegiales, qui expeditiuntur ab illos clericis tam quama singulis, seu a p̄tiuatis, prout t̄ est passiu delegatio causa, eiusq; cognitio cap. statutum de respectu in 6. a- gere pro p̄benda, cap. ex literis, de probat. episcopū socia- res, fructusq; p̄cipere, c. de cetero & c. ad audiētiā de cler. nō cler. refid. ecclesiæ defendere, c. ex parte, de cōcess. p̄b. cap. generali de elect. & cap. 2. de reb. Eccles. non alien. in 6. habere stallum in Choro, cap. dilectus il. i. de p̄bend. ita fere distinguit Glos. d. cl. 2. i. principi. verb. in Capitulo, quā ibi Paul. Zenoz. Card. & ali sequuntur. His positis sit.

Prima cōclusio. Clericus Ecclesiæ Cathedralis seu Colle- giate t̄ optare potest p̄bendā, & domū vacante, quānis non sit constitutus in factis, seu in ordine subdiaconatus ita expresse tradit glo. d. Clem. 2. in princip. uerb. in Capitulo, quā Glos. statim sequitur ibid. Card. quæst. 9. & ceteri fere omnes interpretes, ob eam rationem, quod t̄ actus iste, nimurum optionis, non sit Collegialis, & competit ex Cano- nia, & p̄bendā, non ex voce Capitulo, verum nullum horum probant Glos. & Doct. loc. alleg. ego autem primum illud, quod, nimurum actus, optandi non sit actus Collegialis, ex eo probo, quod licet ius ipsum optandi inducitum seu ex statuto, seu etiam ex consuetudine diei possit com- petere ipsi Capitulo, vt admonimus super hoc eod tract. de Option. cap. 1. quæstio. 2. numero 15. cum seqq. & cap. 6. quæst. 5. num. 5. 2. tamē actus ipso optandi, seu ipsa actua- lis optio competit clericis non vt Collegium consti tuunt sed vt singulis, unde videmus aliquos preferri a his in opta- do nimurum antiquiores iunioribus, vt fuper. ca. 1. q. 2. nu. 15. cap. 4. quæst. 1. concl. 4. & cap. 5. quæst. 1. concl. 5. 82 quod magis ad rem nostram facit. cap. 4. quæst. 3. concl. 1. demonstrauimus vel non esse necessarium consensum Ca- pituli, sed sufficere, vt optantes notificant Capitulo optionem a se factam, & consensum requireant, h̄c nō obti- neant, eo quod opecent vigore consuetudinis iam inducti, vel certè consensus ille requiritur ad hoc folum, vt admittantur ad p̄bendam, seu domum optatam, non autem ad hoc, vt optent, ex quo etiam patet + tertium, quod nimurum 79 optare

Optare non competit, aut pendeat ex voce Capituli nimirum ex eo quod quis habeat vocem actuum in Capitulo sed ad summum ex voce passiva, quidam & non denegatur etiam non constituto, in factis, ut inter ceteros adnotauit Card. d. Clem. 2. in princip. num. 13. seu quæst. 10. &c ibid. Laudum. Anch. & ali. Deniq; quòd optio regulariter com 80 petat ex Canonia seu prehendat quod erat alterum assumptum, sed nō probatum a Glos. ex eo probari, potest, quod d. tract. de optio e. 3. quæst. 1. diximus, satisq; cōprobauimus regulariter in Canonicibus dūtaxat, & præbendis locū habere optionem, & cap. 1. quæst. 2. & ca. 4. quæst. 1. concil. I. Canonici ius optandi competere.

¶ Secunda Conclusio. Potest consuetudine, & statuto 81 induci, & ut clericus Ecclesiæ collegiate non constitutus in factis præbendam, seu domum optare non possit. ita Glos. d. Clem. 2. in princip. uerb. in Capitulo, cū. n. dixisset, puto quod talis Canonicus non in factis præbendam, & domum optare possit, sicut constitutus factis statim subiicit, si Ecclesiæ statutum, vel consuetudo non obuerit, quam Glos. ibi Anch. & ali. approbarunt, id tñ neq; Glos. neg; Doct. cōprobauit, nos vero illa generali ratione cōprobare possumus quod & magna est uti consuetudinis cap. 1. cū confunditius de consuet. eaq; induci potest & etiam contra ius, 82 modo non inferat grauamen Ecclesiis, sive rationabilis, & legitimè prescripta cap. 1. & cap. fin. cum vtrobiq; not. statutu vero Ecclesiæ & præter q; quod regulariter ex 83 quatuor consuetudini cap. 1. cum ibi traditis per Glos. & doct. de consuet. in 6. adhuc regulariter fieri & potest ab inferioribus non solum ubi non obuerit iuri cōmuni; ut constat ex tex. vbi Glos. & Doct. in cap. quod super his de maior. & obed. & Clem. ne Romani cum sim. l. sed & contra ius, ubi agitur solum de prædicando iuri querendo non quæstio ut ostendimus in materia optionis d. tract. de optione cap. 2. quæst. 3. num. 55. In casu autem nostro adeo & rationalitas, nimirum ut ij. qui diuinis in Cathedralibus, vel Collegiatis Ecclesiis sunt mancipati officiis, ad suscipiens factos ordinis propensios inuitentur quam rationabiliter in simili casu his plane verbis approbavit Concilium Viennensis d. Clem. vt ii. quis in primis verbis de et. & qual. & ord. præf. Præterea id contra ius non videtur immo potius ipsa consuetudo, seu statutum optandi saltē vbi

præbēde sunt distinctæ contra ius est, vt fuse ostendimus d. hoc cod. tract. de Option. cap. 2. fere per totum, sed vbi ceteram contra ius esset, quod Clericus Ecclesiæ Collegiatæ in factis nō constitutus optare non possit, adhuc non agitur de prædicando iuri Ecclesiæ quæsto, sed quærendo per ea, quæ nos in casu conuerso tradidimus d. cap. 2. quæst. 3. num. 53. & 56. & in simili Glos. d. Clem. vt ij. qui Verb. in postea nisi ipsi illud. n. statutum & consuetudinem prouidebitur optionibus in posterum faciendis, nō autem iam factis. Deniq; hæc ipsa Conclusio ex ijs optimè inferioribus terminis confirmatur quib; supr. hoc cod. tract. de option. cap. quæst. 3. concil. 2. ostendimus posse per statutum Ecclesiæ simul. & Episcopi tolli ab Ecclesiæ tam consuetudinem, quam statutum optandi, si n. potest in totum tolli statutum & consuetudo optandi, proculdubio poterit multo magis tolli solum quædo, vt ij. qui nō lunt in factis, optare non possint, nam cui licet, quod est plus, & maius licet quod est minus qd; seō pluri, & maiori inest iur. uulg. cū ibi nōt

Tertia Conclusio Clericus, qui per summū Pontificem fuerit dispensatus, vt nō teneatur ad ordinem requisitū intra annū promoveri adhuc post annū poterit optare ut post lo. An. d. Clem. vt ij. qui ad glos. in Verb. annexi, de et. & qual. & ord. præf. tradit Burgas. i. tract. de irregularitat. & dispēsat. part. 2. m. de interpretat. dispensat. numero uigesimo quinto quare ex mente corundem lecus dicendum erit in eo, qui non fuerit dispensatus, nā post annum, infra, quæst. non est promotus ad ordinem requisitum, non poterit amplius optare, donec promovatur. Cui decisioni tunc non obstat quod paulo ante diximus actū optādi propriæ nō esse actū Collegiale, sed singularem, & prouenire ex Canonia, & præbenda, nam hoc administratio, dicitur tunc propter culpam, sicut in penam priuatur dimidia distributionum d. Clem. 2. S. illi vero, ita etiam priuari iure optandi.

Quæro Sexto. An ecclæsus, mutus, lurdus, aut aliter corpori re viuatus optare posset.

¶ Præmitto primo 4 corpore vitiatos regulatiter à factis ordinibus fusciplendiis, eorumq; ministerio repellii ca. hinc etenim 49 dist. ca. 2. & tot tit. de corp. vitiat. cap. qui in aliquo dist. 51. cap. 2. vbi Abb. & aliij de cler. qgrot. latè inter ceteros Albert. Trot. de vero & perfect. cleric. lib. 2. cap. 16. Hostens. in Sum. tit. de corp. vitiat. Cour. in relect.

Clem. si furiosus i. par. in initio n. 5. Ignat. Lopez. in Ad-  
dit. ad Prax. crim. Diaz. c. 17. nuper edito Confessio. Vil-  
ladieg. in tract. de irregular. tit. de corp. virtut. fulsime si  
mō. Maiol. in simil. tract lib. 1. c. 13. usq; ad 22. & Paul.  
Burgas. eod tract. par. 5. tit. de corp. virtut. fol. mihi 108.  
quorū interq; id latius prosequitur in singulis corporis  
virtutis re & defectibus. Quia tū in non nulla breuitate  
ad norāda sunt. Primū qd hodie non tam exacta defor-  
mitatis rō habetur ut antiquitus leuit. 21. sed sola de-  
formitas & repellit hoīum a sacris ordinibus, quæ sacra  
ministeria tractare impedit, ut oēs citati. Doct. adnoto  
runt, præcipue vero Lopez d.c. 17. n. 6. vel si magnū scā-  
dalum generet, ut indicat idem Lopez. d. c. 17. num. 8.  
aperte vero, & late tradunt ceteri præcitat. Doct. Secūdo  
qd ad hoc statim sequitur, notandum est t̄ deformitatis  
vitium impedimentum p̄stare quoad ordinem susci-  
piendos quia quoad susceptos tantum inducitur irregu-  
laritas in illo actu ordinis, qui ob insignem defor-  
mitatē, vel defectū impeditur corporis vitio, ut pluribus  
iter ceteros cōprobat Lopez. d.c. 17. n. 7. Tertio, quod si  
t̄ quis mēbrū sibi propria culpa abscederit, irregularis  
eficiatur, ne p̄ nouerit posuit ēt si ea abscessio nullū ordi-  
ni impedimentū p̄ster seu insignē deformitatē inducat,  
vt probat fuse Couar. d. t. par. in initio n. 6. & Lopez. d.  
c. 17. n. 8. Quarto qd exceptis casib; iure expreſſis, qui  
bus & inducitur deformitas impediens, aut non impediens  
quos resultat inter alios Burgas. d. tit. de corp. virtut. nu.  
4. In ceteris quænam deformitas inducat irregularitatē,  
impedimentumq; ordinis suscipiendo, relinquunt Ep̄i  
iudicio, prout tradunt, de cōiq; testantur Couar. d. n.  
5. Lopez. d.c. 17. n. 16. & Menoch. lib. 2. de arbitrii. iud.  
93 cas. 22. n. 8. Quinto & postremo non adū t̄ in hac ir-  
regularitate, quæ ex corporis uirio inducitur, regulariter  
per solū Papā dispensari posse, vt ex cōi resoluunt Couar.  
loc. cit. n. 7. Lopez. d.c. 17. nu 15. & Villa dieg. d. tract.  
4. irregular. c. vlt. Cum at dispensatio t̄ sit tituli iuris  
c. t. & 2. de fil. presb̄yt. in 6. c. cū illis, de preb̄en. eod.lib.  
cam ibi not. & suis simil. sit t̄ vi dispensatus ad ordines  
minores non censeatur ad maiores, & dispensatus sim-  
pliciter ad ordines, non censeatur dispensatus ad bene-  
ficiū, nisi forte ad unū simplex; dispensatusq; ad benefi-  
ciū simplex non censeatur dispensatus ad beneficium

curatū, aut requiriē personalē residētia, vt constat ex  
Doct. in vi iur. Maiol. d. tract. de irregular. lib. 1. c. 8. n.  
7. iuncto lib. 5. c. 5. t. n. 10. & Burgas. eod. tract. de irre-  
gular. par. 2. tit. de interpret. extens. de restrict. dispensat. fe-  
neſicium, ut patet ex Abb. d. c. cum luper. Anch. in reg. ſine  
poſſeffione de reg. iur. in 6. cum allij quos eſſet, & lequitur  
Couar. d. c. 16. num. 10. 12. & 13. Duo tamen non o-  
mittant. Alterum quod ſi & ſimil quis legi time optauerit, 39  
& domum & præbendam, cum apprehendenda ſit corpo-  
ralis poſſeffio ipſiarum rerum, pura fundorum, qui ſunt  
de præbenda, vel ipſius domus, non ſufficiet acquirere po-  
ſeffionem vniuſ fundi, ſed omnium capienda erit. Sed ne-  
que ſatis erit acquirere poſſeffionem vel præbendæ, vel do-  
mus, niſi apprehenſio ſit in ecclieſia, per ea quæ poſt Dyn. d.  
c. I. ibiq. Io. An. & Franc. alioſq; nonnullos tradit Couar.  
d. n. 13. De quo etiā videndum eſt Dyn. d. c. 1. Alterum eſt,  
quod cum nullū a iure, vel a Doctribus tempus certū ita-  
tuatur apprehendendi poſſeffionem ſine in collatione, ſine  
in optione, id remittetur † iudicis arbitrio, iuxta ea, quæ 40  
late tradunt Io. Coras. in lib. 4. Mif. coll. iur. cap. 12. n. 6. &  
Menoc. de arbitr. iudic. lib. I. q. 4. num. 2. 5. & 6.

Iam vero, ut superius polliciti sumus, pro huius questionis coronide formulam instrumenti optionis hic libet subjicere. Et quidem forma, quae communiter, & ut plurimum adhiberi solet in instrumentis optionis, quam ex Formulario instrumentorum & variorum processuum Romanarum Curiarum paucis mutatis defuspi, haec esse potest.

In nomine Domini Amen. Anno à nativitate eiusdem M. D. XCIX. Indictione 13. die verò decimo octauo mensis Decembris Pontificatus sanctissimi in Xpo Patris, ac D. N. Domini Clementis diuina prouidentia Papæ viii. anno octauo. In mei notarii publici, testiumq; infra scriptorum ad hoc specialiter vocatorum, & rogatorum presentia, & coram venerabilibus, & circumspectis viris Dominis N. Praeposito, vel Archidiacono, vel Archipresbytero, vel antiquiore Canonico (prout nimurum tunc ad eorum aliquem de iure, vel consuetudine iuncta facti contingentia Capitulum conuocare, & congregare spectabit) nec non A. B. C. D. E. F. & G. Canonis Ecclesie S. Nazarij, vel S. Marie scalensis &c. in loco Capitulari per prefatum Dominum N. Capitulariter congregatis facientibus, & representantibus ip sum vniuersum Capitulum, vel duas partes, ex tribus, vel maiorem, & saniorem partem ipsius Capituli, personaliter constitutus ven. vir Dominus N. Canonicus ciuidem Ecclesie, & minore praebenda praebendatus iuxta dictæ Ecclesie consuetudinem habentus, vel à quadraginta annis citra & ultra obseruatam, aut etiam statutum laudabile eiusdem Ecclesie maiorem praebendam per mortem quandam I. Canonici extia Romanam Curiam defuncti die tercia huius mensis vacantem, quam idem Dominus I. Canonicus pacificè tenuit, & possedit, omnibus meliortibus, quibus validius potuit, & debuit, ac potest, & debet, modo, forma, & iure, optauit, & optat, atq; ad candem maiorem praebendam ascendit. Cum protestatione tamen expressa, quod, vbi praebenda huiusmodi per eum, ut præmititur, optata, vigore optionis huiusmodi sibi non debeatur, nec ad candem ius sibi competierit, aut competit, tunc, & eo casu regressum habeat ad suam praebendam predictam, quam ex nunc retinet, vel aliam sibi de iure, vel consuetudine, aut statuto dictæ Ecclesie debet, quam ex nunc prout ex tunc optauit, & optat, super quibus &c. Actum &c. Prætenus, &c. Et quoniam ut pluri-

plurimum accidit, vt cum præbenda aliqua vacat, optioq; Capitulariter sit, non unus dumtaxat Canonicus, sed plures successive, & quidem prius antiquiores Canonici optent sicut optare posunt, & debent si volunt, tū iuniores gradatim. Ide vbi in dicta formula dicitur, Dominus N. Canonicus, addatur, antiquior, vel, qui prius adoptione admittendus est, & in fine ante illa verba Super quibus &c. subiiciatur & successive Dominus N. Canonicus sequens in ordine, seu junior receptione optavit præbendam præfati N. Canonici sic vacantem per optionem eiusdem N. cum eadem tamén expresa protestatione, &c. successive Dominus L. Canonicus optavit præbendam dicti R. cum eadem protestatione, & sic de ceteris Canonicis vñq; ad ultimum optare volentem.

Rursus quoniam non modo præbendę, sed etiam dominus optari potest, & quidem non modo maior. sed etiam minor, immo & ab eo, qui nullam habet domum, aut præbendam, quam dimittat, vt supra suis locis docuimus, ideo cautus, & diligens sit notarius in confidendo huiusmodi optionis instrumento, ut nimurum mutet mutata, & omittat omittenda, atq; adeo in his tribus casibus loquendo de domo, vel præbenda, quæ vacavit, & optatur omittat verbum maiorem, & præterea totam illa clausulam, &c. ad eandem maiorem præbendam vel domum ascendir, & illa verba paulo præcedentia, minore præbendaprabendatus, quorum loco poterit optans minorem præbendam solum dicere, præbendatus, optans vero domum si quidem meliorum domum habeat, dicat domum Canonicalem obtinet, si priorem dicit, domum non satis, aut non æque bonam obtinens, si nullam sed solum præbendam, sat erit dicere, præbendatus. Similiter in tertio casu in c'ausula protestationis in fine posita loco illorum verborum, regressum habeat, ad suam præbendam prædictā quam ex nunc retinet, vel aliam sibi, &c. dicendum erit, regressum habeat ad aliam præbendam, vel domum sic, &c.

Reliqua minitora, quæ profacti specie immutanda erunt periti notarii iudicio relinquimus.

Quero Quarto, Et postremo in hoc cap. An optio fieri debet gratis, seu An in ea possit committi Simonia.

Pone enim, quod vacante aliqua præbenda antiquior canonicus, ad quem de iure prius id spectat, optare velit, tamen

tamen à juniore canonico, quia prece non potuit, pretio inductus cedat iuri suo, & finit iuniorum optare. Nunc quartur, an vterque committat simoniam; an incidat in aliquam poenam; & an optio ipsa sic facta nulla sit.

Pro quorum dubiorum resolutione p̄mittendum est  
 41 primo simoniam & committi non solum si ematur, vel vendatur spirituale ipsum, sed etiam annexum spiritualiter est  
 42 enim simonia t̄ studiosa voluntas emendi, aut vendendi spirituale, vel spirituale annexum, prout definit inter Theologos S. Thom. secunda secundū quest. 100. artic. 1. vbi Caet. & ceteri Thomistæ. Sol. lib. 9. de iustit. & iure. quest. 5. art. 1. S. Anton. in secunda par. sum. titu. 1. cap. 5. §. 1. Scholast. fere omnes in 4. sententiarum distinct. 25. Siluest. & omnes penè summis in verbo simonia quest. 1. inter Canonistas Glos. in sum. L. quest. 1. Abb. Socio-sen. & alij in rubr. de simon. Nauar. in Manual. Confess. cap. 23. num. 100. quæ quidem definitio communiter recepta est, vt tradit Nauar. & Siluest. loco citato, & quamvis aliqui alter definiunt, vt videre est apud Barthol. Vgol. in moder. tracta. de Simon. Tab. 1. quæ est de Simon. in genere cap. 60. §. vnicō, vbi quatenus contr. & us quidam est, eam sic describit, quod sic contr. & us non gratuitus, neque purus de re spirituali, eive annexa diuino, humane iure improbatus; quatenus vero delictum est, quod sit delictum, seu crimen, quod committitur ob contractum non gratuitum, neque purum de re spirituali, eive annexa diuino, humane iure improbatum, atamen in eo omnes nemine proflus discrepante conuenient simoniā committi non modò in venditione, seu emptione rei spiritualis, sed etiam annexa spirituali, quod & admonuit Roch. de Curt. in tract. de iure patr. xer. 8c vtile q. 3. Lamber. cod. tract. lib. 1. part. 2. q. 1. princip. art. 12 numero 17. lib. 2. part. 2. q. 9. princip. art. 3. num. 2. & lib. 3. q. 9. princip. art. 6. num. 3. & habemus tex. in cap. quæsumus de rerum permutat. & cap. de iure patronatus, de iure patr.

Premitto secundo spirituale, prout esse potest materia,  
 43 circa quam versatur simonia, esse & donum supernaturale a Deo datum, vel quid aliud ab eodem institutum ad ani-

animarum salutem, vel ab Ecclesiæ potestate supernaturali, & gratis sibi data ad conficiendum illud, & gratis datum prout definit, comprobat, & declarat Nauar. d. cap. 23. num. 99. quam etiam definitionem paucis mutatis sequitur Vgol. tab. 1. cap. 33. in princip. ex quo patet, duplex est esse spirituale materiam simoniae, aliud a Deo datum, 44 vel institutum, vt sunt gratia, virtutes. Septem dona Spiritus sancti, necnon Sacra menta, & Ecclesiastica jurisdictio, vt post Nauarrius d. num. 99. verific. ex qua definitio-ne, docet Vgol. d. Tab. 1. cap. 3. §. 2. nume. 1. & cap. 33. §. 2.

Alia instituta ab Ecclesia, quæ etiam vi plurimum propriæ loquendo non sunt mere spiritualia, sed spiritualibus annexa, vt patet ex Nauar. d. num. 99 & 100. & Vgol. d. tab. 1. capitulo 3. §. 3. & capitulo 34. p. r. totum, & ex his quædam instituta sunt ab Ecclesia potestate iurisdictionis, vt Ecclesiastica beneficia, actus, forma ea acquirendi, religiones, officia Ecclesiastica, vt huiusmodi, vt latius deducit Vgol. d. capitulo. 3. §. 4. quædam potestate ordinis ut res consecratae be Benedictæ. Horum rufus annexorum spiritualibus t̄ due species sunt. alia enim est annexorum antecedenter, sive quia in recipiente non requirant aliud spirituale, quam Christianum, prout voluit Nauar. d. numero 99. ex mente S. Thom. d. q. 100. art. 4. sive potius, quia ad spiritualia ordinantur, & præparantur, vt verè voluit S. Thom. d. art. 4. quem sequitur Vgol. d. capitulo. 34. num. 5. alios ad id adducens, & huiusmodi sunt sacræ ades, velles, & vasa, nec non ius patronatus, & similia.

Alia species est annexorum dependenter, seu consequenter eo, quia dependeant à spiritualibus, & consequantur, prout sunt beneficia, ius percipiendi decimas, & huiusmodi, quæ necessariò supponunt quid spirituale, puta ordinem, vel officium clericale, vt post. S. Thom. loc. cit. & alios tradit Vgol. d. numero 5. vbi etiam optimè refellit tertiam illam speciem, quam aliqui ponunt annexorum concomitante, prout est labor annexus spiritualibus officijs, cum huiusmodi operatio. potius sit pars rei spiritualis, quam ei quid annexum aut extrinsecus accedens, & adhaerens. Denique ex supradictis colligatur

45 ligitur alia diuisio huiusmodi annorum, quedam enim<sup>t</sup> immediate sunt annexa spiritualibus, prout est beneficium & huiusmodi, quedam mediate, quia annexa sit huiusmodi immediate annexis, prout est pensio Ecclesiastica, quae dependet, ac decerpitur a beneficio. Gig. tract. de pension. q. 1. & 7. & conf. 123. num. 4. nec non ius percipiendi decimas quod clericis per se competit ratione beneficij, prout suo loco, cum de decimis ageremus satis ostendimus, & cuiusmodi etiam quis potest ius optandi, quod a beneficio dependet, ut constat ex traditis supr. cap. 1. quest. 7. & cap. 3. quest. 1. per totum. Præmitto tertio Simoniacum 48 conuentionalē & non incurre ipso iure villam poenam a iure inflictam simoniacis, sed solum puniri debere pena arbitria, & ubi t̄ ex vna parte tantum completa sit simonia, restitu debere quod acceptum est, si temporale sit, ita lacè tradunt Nauar. d. cap. 23. num. 103. & 150. Vgol. d. tract. de simon. tab. 3. cap. 2. §. 2. & 3. iunct. c. y. & Salzed. in Addit. ad Prax. Crim. Diaz. Verbo Simoniaci, quod est mihi 50 cap. 91. in noua editione. Dicitur autem t̄ conuentionalis simonia nō realis, ubi ex parte vnius in adimplēta est, sine eius, qui spirituale promittit, siue qui t̄ pale, ut late, & optimè comprobat Vgol. d. cap. 5. per totum. Præmitto 4. & ultimum quod si iste, qui optant, nolit pecuniam promissam solvere 51. t̄ valet optione, & licet retinet præbendam in foro interiori, donec ea priuetur a iudice in foro exteriori, quod facere potest. Id aperte colligitur ex Vgol. d. tract. de simon. tab. 3. cap. 2. §. 1. per tot. ubi latè comprobatur, quod ubi spirituale prius datum est, nec sequitur datio temporalis, valet collatio, & acquisitione beneficij adepti preceidente simonia conuenionali, illudque retinet quis potest in foro interiori donec a iudice eo priuetur. His premisis ad tres dubitationes superius propositas tribus conclus. sequent. respondeamus.

¶ Prima Conclusio. tam antiquior ille Canonicus permittens optionem, quam junior optans interueniente penitentia & committit simoniā, probatur, si enim adhæramus illi opinioni, que habet, in optione acquiri nouum Canoniciatum, titulum, & beneficium, prout plerique voluerūt quos adducemus infra. hoc eod. tract. cap. 7 q. 1. concl. 1. & 3 clarum est utrumque committere simoniā, nam in renuntiatione, & acquisitione beneficij intercedente pretio t̄ constituit simonia cap. questum de rectum permittit. cap. non satis

satis cap. insinuat, cap. ex diligentia, cap. ex insinuatione cap. audiuiimus, & cap. Iacobus, de simon. extraug. cum detectabile, que est Paul. 2. de simon. in commun. si vero etiam tenemus, prout cum communiori tenebimus d. q. 1. concl. 2. & 3. cōmittari in optione solam præbendam, prout precipia est a Canonia, seu Canonicau, adhuc in optione sic facta committetur simonia, tum quia etiam ipsa præbenda est ius quoddam spirituale, ut late probamus d. q. 1. in 2. premisso. tum quia saltem præbenda erit quid annexum spirituali consequenter, seu dependentur, cum, sicut cetera beneficia, præsupponat vel ordinem, vel saltem prius tonsuram, & depeudeat a Canonicatu cap. relatum, & cap. dilectus il. 1. de præben. Rot. decis. ij. num. 9. de concess. præben. in nou. Card. Clem. fin. num. 10. eod. tit. tū denum quia optio ipsa, seu ius optandi & non competit nisi habentia Canoniciatum, & præbendam, seu beneficium, ut supra probauimus hoc eod. tract. cap. 3. & 4. q. 1. item non nisi habenti saltem clericatum, seu primam tonsuram, ut ostendimus supr. d. cap. 4. quest. 5. atq; adeo est ius quoddam spirituale competens ex eo, quod quis habeat ordinem vel beneficium, qua ratione committi simoniā ab eo, qui venditius decimas percipiendi tradidimus in tract. de cim. cap. 5. q. 3. concl. 1. sicut & ab eo, qui pensionem Ecclesiasticam absq; auctoritate summi Pontificis redemit, seu extinguit pretio interueniente, prout tradit Nauar. d. cap. 23. nu. 1. t. 1. conf. 2. de pact. conf. 52. de præben. conf. 63. de simon. Aragon. ad 5. Thom. d. q. 100. art. 4. vers. tercii conclusio Paul. Rom. tract. de pension. cap. 6. nu. 3. latè Elz. min. Paris. tract. de resign. benef. lib. 6. q. 2. nu. 123. & 128. Vgol. d. tab. 1. cap. 28. §. 3. nu. 7. & Madol. in tract. designat. grat. in tit. extinctiones, veri. Extinctio.

¶ Secunda conclusio. Probabilius mihi est in predicto calu t̄ neutrū incidere in excommunicationem ipso sa. 56. Etio inflictant in d. extraugan. 2. cum detectabile Paul. 1. & extra. cum primum Pij v. illud eam certum est, nullum 57 simoniacum etiam realem intercurtere poenam excommunicatiōnis, nisi in ordine, & beneficio. ita Nauar. d. cap. 23. num. 1. L. & conf. 37 de simon. Salzed. d. addit. vers. 3. quod nullus, & vers. 7. quod licet Vgol. d. tab. 1. cap. 49. §. 1. nu. 8. & tab. 4. cap. 3. num. 5. ubi hanc esse communem. Docto rum opinionem assertit, quam etiam ante eos sequitur Sil. uester

uester verbo simonia. q. 19. dicens omnia iura in fligentia excommunicationem ipso facto loqui, & procedere solum in ordine, vel beneficio, quod quidem patet eas consideranti, supra autem diximus, vetius nobis videtur in optione non acquiriri titulum, & beneficium, sed solum praebendam, quare, ut admittamus sub illa clausula posita in d. Extrah. cum defensibile, & in illa Matt. v. cuius mentionem facit Silvestr. d. q. 19. per electiones, postulationes, confirmationes, prouisiones, seu quasvis alias dispositiones propter illius generalitatem comprehendi posse etiam optandi ius, seu ipsam optionem, immo etiam, quod ea excommunicatio incurritur, si huiusmodi prouisiones, & dispositiones in alium transferantur per ea, quæ late, & optimè tradit Vgol. d. tab. 1. cap. 28. §. 4. & cap. 49. §. 1. cum tamen ipsa optione, seu optandi ius neq; mediate, neq; immediate fera tur, seu tendat ad obtinendum, seu acquirendum beneficium, ideo excommunicationem ipso iure non affert, poterit tamen, & debet depositione, priuatione, suspensione, & alijs paenit iuxta qualitatem delicti puniri per ea, que docent Vgol. d. tab. 1. cap. 18. & 19. Diaz. d. verbo simoniaci, & Nauar. d. num. 11.

¶ Tertia Conclusio. Certum est praedictam conuentiōnem, & promissionem factam inter Canonicum juniorēm, & antiquorem nullam inducere obligationem, 59 quare & poterit non obstante tali pacto antiquior ipse optare; multo vero magis poterit, immo tenetibus junior d. pecuniam non soluere, id expresse patet ex tex. in cap. fin. de pact. vbi cauetur, quod omnis pactio seu conuentio pro spiritualibus obtinendis nullius penitus est momenti. idem de annexo spirituali cauetur in cap. de iure patronatus, de iure patron. vbi Glos. fin. id adnotauit. Certum est etiam, quod vbi tale ius optandi transferretur in eum, qui alias non haberet ius optandi talem praebendam, seu non esset capax huiusmodi juris, puta si Capitulum per simoniam concederet huiusmodi ius optandi praebendam vacante Māfionario, tunc optio ipsa nulla esset cum ipsa translatione iuris nulla fuerit, per ea, quæ de confirmatione vigore electionis simoniaci fuit tradit Vgol. d. tab. 4. cap. 6. num. 4 quo in causa An & quando Collegium, seu

vniuersitas possit committere simoniam, aut de ea puniti possit, confundendus est Vgol. d. tract. tab. cap. 7. in princip. An vero, & quomodo possit excommunicari, vel excommunicationem incurrire, videndum est idē Vgol. tract. de censur. Eccles. tab. 2 cap. 26. per totum. Illud autem probabilius teneo, t̄ iuniorē illum Cānonicum, qui optauit, post quam etiam pecuniam, dedi vigore d. promissionis, valide optasse, cum spirituallia omnia præter beneficium acquisita per simoniam teneant, vt docet Vgol. d. tab. 4. cap. 2. in princ. & ex eo probat quod in ceteris tantum casib⁹ causum sit in d. Constitutionibus, vt collatio spiritalium per simoniam facta nulla sit, cum maxima nullitas actus peccata quædam sit, cap. dispensat. de re script. in 6. cap. si religiosus, de elect. eod. lib. cum simil. peccata autem, & odia sint restringenda vulg. reg. odia, de reg. iur. in 6. Poterit autem, immo debet t̄ ille iunior Canonicus in pœnam d. prebenda sic optata priuari iuxta ea quæ diximus in superiori conclusione in fine, & præmis. 4.

## SVMMÆ RERVM.

- 1 Optio fieri debet intra viginti dies, etiam vbi nullus ad sit executor, aut expectans. num. 2.
- 2 Tempus optandi minus, & abbreviari potest per Capitulum, seu Collegium, in quo viget ius optandi
- 4 Favoris suo, & et quod in favorem suum introdulsum est, quilibet potest renunciare.
- 3 Tempus legitimum optandi tunc demum minui potest per Capitulum seu Collegium, cum in id consenserint omnes, qui tunc optare voluerint.
- 6 Singuli de Capitulo, seu Collegio consentire debent vbi de singulorum praedicione agitur.
- 7 Tempus viginti dierum ad optandum à lege datum prorogari potest per Capitulum, seu Collegium. Hac autem prorogatio nullatenus obesse potest a apostolis & imperantibus, num 8. nisi esset inducta conjectu do post text. d. cap. fin. de conject. in 6. num. 9. secus vero in statuto, num. 10.

- 1 Tempus à iure datum ad optandum currit simul omnibus optare volentibus, & unicum tempus ijs conceditur.
- 2 Tempus, quod pluribus datur etiam gradatim ad aliquid agendum, omnibus simul, & collectivè datum censetur.
- 3 Tempus redimendi a statuto prefixum currit simul omnibus consanguineis, quamvis unus alteri preferatur.
- 4 Mensis, qui pluribus expectantibus datur, omnibus simul currit.
- 5 Tempus unicum viginti dierum ad optandum ne alijs prater antiquiore labatur, quia cautela sunt adhibende, & num. seqq.
- 6 Consanguinei remotores possunt cogere proximiiores, ut ante annum sibi a statuto prefixum retrahant.
- 7 Juniores possunt optare etiam antequam optent antiquiores cum protestatione.
- 8 Tempus optandi solum currit a die scientia vacationis.
- 9 Tempus sex mensium ad conferendum ordinarijs solum currit adie scientia vacationis.
- 10 Tempus optandi non modo non currit roti collegio canonorum ignorantie vacationem sed neque singulis personis, si alijs scientibus vacationem, aliqua ex illis eam ignorent.
- 21 Tempus optandi non currit ex eo, quia vacatione nota sit in ecclesiâ, vel loco beneficij, nisi ibi sint presentes qui optare volunt.
- 22 Notitia facta, de qua in clem. vnica, & ceterum, de concess. p̄tib. procedit solum in casu speciali illius clem.
- 23 Ignorantia affecta & supina non excusat, quia currit tempus, cum viraq; pro scientia habeatur.
- 24 Ignorantia supina qua sit, quae probabilis, remittitur arbitrio iudicis.
- 25 Lex inferioris quando presumatur sciri, arbitriarum est iudici.
- 26 Scientia probatur presumptionibus, & conjecturis.
- 27 Vicinus, & consanguineus presumitur seire facta vicini & consanguinei multa vero magis id verum erit in praesente, num. 28
- 26 Scientia presumitur de quo est publica vox, vel fama, vel

- vel fama, vel quod publicè contigit. num. 30
- 31 Seire quis presumitur ea, que sunt in loco, quemvis frequenter solent.
- 32 Presumptiones, & conjectura scientia tolluntur, si probetur absentia, vel alia iusta ignorantia causa.
- 33 Ignorantia regulariter presumitur.
- 34 Ignorantia quando iuramento probetur, remissum.
- 35 Scientia, vel ignorantia quomodo probetur, vel presumatur.
- 36 Mors, vel eius notitia, quomodo probetur, remissum.
- 37 Vacatio beneficij per contractum matrimonij, per accusacionem alterius, aut resignationem quomodo probetur, remissum.
- 38 Notitia vacationis beneficij, qua sufficiens sit, & quando presumatur.
- 39 Tempus optandi forte non currit iusta de causâ impedito.
- 40 Impeditio non currit tempus, ubi impedimentum non fit astatatum.
- 41 Minoribus impedientibus non currit tempus optandi, num. 42
- 42 Praescriptio temporalis non currit minori, num. 43
- 43 Minores, & iustâ impeditis restituuntur lapsi tempore operandi.
- 44 Absentes iusta de causa restituuntur in integrum.
- 45 Impedimenta, ob quæ competit restitutio, remissum.
- 46 Minor, & iustâ impeditis regulariter restituuntur aduersus qualibet omisso, & lapsum temporum ad aliquid agendum.
- 47 Restitutio forte non datur etiam minori in mere spiritualibus; secut in y. qn. sunt solum annexa spiritualibus, propter ejus materia beneficia, num. 48. & licet de lucro captando agatur, num. 49, aut res integrâ non sicut nulla, maxime, vbi minor alias non habet unde vivat, num. 50.
- 52 Capitulum, seu collegium universum restituuntur ex dicto minorum, ubi agitur de fernanda consuetudine, seu statuto operandi, quia nemo operauit, alius secus.
- 53 Index competens in causa restitutio in integrum aduersus omisam optionem, quis sit.
- 54 Arbitrii, & arbitratores an possint restituere, vel saltu pronunciare esse restituendum, remissum.

*De tempore optionis, seu quando optandum sit.*

*Cap. V.*

*Q*uarto Primo. *Intra quantum tempus fieri debet optionis?*  
Respondeo, quod regulariter loquendo fieri debet intra 20 dies. Quatinus, n. t. c. d. s. g. n. autem

H de

*de consuetud. in 6. loqui videatur solum, vbi est expectans;*  
*2 seu executor, tamen id absolute in omni casu locum habere,*  
*etiam vbi nullus adsit executor, vel expectans, exponit,*  
*ac tenet ibi gloss. in verbo, 20. dies, vbi Archid. Io. An. Gemin.*  
*Franc. & ceteri, quod etiam voluerunt Add. ad Rot. decis. 1.*  
*nu. 8. de rer. permis. in nou. Frac. Marc. decis. Delph. 1. 258.*  
*num. 5. Alb. consil. 1. 59. nu. 3. vol. 1.*

Quarto secundo, *An posse hoc tempus prorogari, vel minus?*

3 Prima conclusio. Minuit potest hoc tempus per Capitu-  
 lum ipsum. satis id colligitur ex gloss. pen. d.c.fin. & clarius  
 ex Petr. Paul. Par. consil. 1. o. num. 17. vol. 4. & Philip. Franc.  
 d. cap. fin. in §. vlt. ad f. ex eo, quod dilatio haec in fauorem  
 optare voluntiam inducta est, cui quilibet & renuntiare po-  
 test, & ad Apostolicam de regul. l. si quis in conscribendo, C. de  
 p. pat. cum simili, dum tamen & in quoque consenserint om-  
 nes optare volentes. Neque enim singulis nocet & factum  
 a maiori parte collegij in praediicium singulorum, nisi om-  
 nes consentiant, ut volunt gloss. in l. 2. verbo, aut legem. C.  
 que sit long. consuet. quam sequitur Bart. in præm. ff. num. 3.  
 Ecl. in e. cum emnes. num. 18. & ibi Andr. ab Ezea. num. 279.  
 de consensu. & alij passim.

7 Secunda conclusio. Poterit & quoque per Capitulum  
 hoc tempus 20. dierum prorogari: ita tenet Zerol. in Prax.  
 Epis. verbo, canoniz. vers. ad 7. allegat Tirag. de utroq. retr.  
 §. 4. gloss. 1. o. num. 58. sed nihil de hoc ibi dicit, neque alibi,  
 quod viderim: allegat etiam gloss. d.c.fin. verbo, dumtaxat,  
 sed nec ipsa id dicit: hoc sane tenet Io. An. in repet. d.c.fin.  
 in verbo, dumtaxat, quem sequitur Gemin. & Franc. qui ta-  
 men ibid, tradunt, quod haec consuetudo, seu statutum indu-  
 8 cens maius tempus non praedicaret & Apostolicis impe-  
 9 trantibus per illum textum, nisi consuetudo inducta & esset post  
 hunc textum, ut ibid. dicunt Gemin. & Franc. cum possit in-  
 duci consuetudo contra illum textum, & sic praedicaret  
 10 etiam imprudentibus, securus & vero inquietus, est in statuto,  
 nam inferiores non possunt facere statuta contra ius, Clem.  
 ne Romani, de elest. cum similibus.

Quarto tertio. *An hoc tempus 20. dierum currit simul om-  
 nibus operare voluntibus, an vero singuli, seu unus post aliun  
 habeat 20. dies ad optandum.*

11 Respondeo, currere & omnibus simul, & unicum tempus  
 omnibus dari: ita colligitur ex Archid. d.c.fin. ad fin. sed clia-  
 re id tenet gloss. in verbo, dumtaxat, quam ibi sequitur Gem.  
 Franc. & ceteri, nec non O. Franc. Marc. decis. Delph. 1. 258.

num.

nu. 3. 1. part. Add. ad Rot. d. decis. 1. nu. 8. de rerum permis. in  
 no. 3. Tirag. de retr. att. conuent. §. 2. gloss. unic. num. 66. post  
 Oldr. consil. 1. 37. plures sunt. colum. 1. vers. 3. videtur 10. And.  
 in Addit. ad Specul. rubr. de concess. præben. colum. 1. vers. 2.  
 videtur Card. clem. 1. §. 5. secus, quæst. 6. de concess. præben. Quæ  
 conclusio probatur priu[m] ex textu, qui dicit in plurali vo-  
 lentes, & addit, dumtaxat: unde fatus exp[re]sse patet de men-  
 te Poncificis, quod solos 20. dies omnibus concedere volue-  
 rit. Secundo ab absurdis sequentur enim quod si 20. effient  
 canonici, & singulis tribuere vellemus 20. dies, iam impe-  
 trans Apostolicum deberet expectare ultra annum, quod est  
 contra mentem, & verba textus. Hæ sunt due rationes gloss.  
 Tertio probatur ex eo, quia & vbi pluribus etiam gradatim, 12  
 datur aliquod tempus ad aliquid gerendum, illud omnibus  
 simul negligenter currit, & collectiue, non distributie da-  
 tum cenlent, ut satis patet ex tex. in l. 2. §. vlt. in addit. seq.  
 & in l. 4. in princip. ff. de adult. prout clare deducunt id ipsum  
 adstruentes Tirag. d. gloss. unic. num. 6. 66. & 82. Gemin. &  
 Franc. d. c. fin. §. vlt. Ex quo fit, ut omnibus & consanguineis, 13  
 quamvis vius alteri præferatur, simul currat annus, & dies  
 a statuto præstitutus ad redimendum, ut post Bellam in c.  
 constitutus. colum. 13. de integr. restit. optimè tradit Tirag.  
 d. num. 66. immo etiam, quod mirabile videtur, mensis, qui  
 pluribus expectantibus datur, & simul omnibus currit, ut post 14  
 10. An. Zenzel. Paul. Lap. & Card. d. clem. 1. §. secus, alioq.  
 quam plurimos latè resoluti idem Tirag. d. gloss. unic. nu. 83.  
 Quid ergo faciendum, ut omnium operare voluntum indem-  
 nitati consulatur? Statuendus est per Capitulum terminus  
 & antiquiori duorum, vel trium dierum ad optandum, & sic 15  
 de singulis, ut hic locus detinatur sequentibus, prout optimè con-  
 fulit gloss. d. verbo, dumtaxat, quam ibi sequitur Anchore, &  
 Gemin. quod si non curant, ut hanc, sibi impudente optare vo-  
 lentes; pro quo optimè facit, quod tradunt Iac. Rau. Cyn.  
 Alber. & Castr. in l. vlt. C. defurt. posse & remotores con- 16  
 sanguineos cogere proximiores, ut ante annum retrahant  
 sibi a statuto prescriptum, quod etiam alij tenent apud Ti-  
 rag. de retr. lig. §. 1. gloss. 1. o. num. 6. vgl. opt[er]t & ipsi iunio- 17  
 res eodem tempore cum protestatione, quod hoc faciunt in  
 casu, quo antiquiores non optauerint: ita Butr. d. c. fin. nu.  
 16. ad id allegans gloss. in clem. f. verbo, acceptandum de  
 præb. Præbendas vero quas antiquiores dimittunt debent,  
 optare interim poterunt inniores cum protestatione, quatenus  
 ex per antiquiores dimittantur. Pro quo faciunt que-  
 sup. diximus cap. 4. q. 3. concil. 1. illat. 2. & cap. 5. q. 1. concil. 1.  
 sup. H. 2. Quam-

Quamquam etiam non est quod querantur iuniores, dum antiquiores expectant usque ad finem 20. dierum forte rectius deliberent; nam et ipsi interim poterunt deliberare, an vacarem, vel ab antiquioribus, qui optare possunt dimit tendam praebendam, vel domum optare debeant.

Quero quartò, *An hoc tempus 20. dierum curat a die vaccinationis, usque ad die scientie eiusdem vaccinationis, & quomodo?*

Prima conclusio. Communis opinio est, quod solum curat a die scientie; ita voluit glossa dicitur in verbo, 20. dies, ubi Archid. Ioh. Au. Gem. Franc. Et ceteri omnes Franc. Marc. decisi. Delphin. a. 558. num. 5. 1. part. Add. ad Rol. decisi. 1. de ter. permut. in no. Zerol. in Prax. Episc. in verbo, canonica, vers. ad septimum, concl. 2. Et Tiraq. deretract. lign. §. 3. glossa 4. num. 14. ubi cum multis sum. antecedent. & conseq. multa ad id affect similia, & exemplia, quibus id ipsum comparabili potest; ego illo contentus ero, quod afferunt glossa. & Doct. omnes, d. e. fin. sumpo ex e. quia diversitas de concess. pres. 19. ben. ubi tempus + sex mensium, quod daetur Prelatis ad conferendum; declaratur solum currere a die scientie, id quod etiam disponitur in c. licet, de suppl. negl. Pralat. Et late tradit. ibi per Doct. Et Tiraq. d. glossa 4. num. 7. Hanc vero conclusionem puto procedere non modo respectu totius Collegij, & Capituli canonicorum, ut illi ignorantii non curat hoc tempus, sed etiam singulatibus, & aliquibus ex illis, si forte alijs scientibus ipsi ignorant vacationem iusta aliqua de causa, idque quoniam militat eadem ratio: neque tunc obstat, quod hoc tempus currat omnibus simul; nam vel id procedit solum, ubi adhuc expectant, vel ita capiendum, ut viuis post alium illud tempus non habeant singuli, vel denique ipsa etiam in hoc casu ob iustam causam.

Seconda conclusio. Ad hoc, ut currat hoc tempus ad op. tandem, non sufficit + facta illa notitia, de qua in elem. vni- ca §. catorum, de concess. prob. quod nimurum vacatio sit nota in loco, vel ecclesia beneficij, quicquid voluisse videatur. Ioh. An. d. fin. tum quia contra eum in specie tenent ibid. Gemini & Franc. tum quia id aperte colligitur glossa pen. d. elem. univ. & ibi Card. Imol. & alijs dicentibus, + speciale id esse in casu d' elem. tum propter verba tex. dicentes, predicta vaccinationis notitiam, & mox, tum propter specialem rationem illius rigoris, quia non perit expectantia in totum priuilegium acceptandi etiam pro illa vice, cum posse aliud beneficium acceptare. Sed antequam questionem hanc regediamur, illud adnotandum est, ignorariam affectatam, aut supinam non excusat; quia currat tempus, cum vera-

que + pro scientia habeatur, ut de prima est tex. in l. qui con. 2. 5 tra. C. deinceps nupt. & in c. cum inhibito. & si quis vero, ibi, affectatus ignorariam, declinet, deponendum alijs plenaductus per Tiraq. d. glossa 4. num. 18. & 29. de secunda est glossa in elem. 1. in verbo, scienter de consang. & affin. & est optimus tex. in l. nec supina, ff. de iur. & fac. ignor. & in l. & consensus, & ignorariam, ff. de contrahens. empl. faciunt et optimae quae late de huic modi supina ignorariam tradit idem Tiraq. d. glossa 4. nu. 34. & 35. Dubium autem est, quae dicatur supina ignorariam, & quae probabilis. Aliqui, dicunt, supinam esse ignorariam, ubi scientia presumitur, quod tenuit Odd. in tract. de rest. in integr. q. 8. art. 10. nu. 59. 60. & seqq. ubi plura asserta ex epistola, glossa vero in elem. 1. ubi catorum, de concess. prob. ex eo tex. colligunt, eum, qui scire potuit per le vel per alium, excusandum non esse, imo habendum esse pro scientie. Mihi autem probabilius est, & id totum remittendum esse arbitrio 24 judicis: colligitur id ex Card. in d. elem. 1. §. catorum, nu. 9. post glossam c. s. clericus, in verbo negligenter, de probab. in 6. pro quo facit quod + at arbitriatum est, quando presumatur 23 sciri lex inferioris, ut post alios tradit Menoch. de arbitr. lib. 2. cas. 1. 8. nu. 1. Et quoniam etiam concordaris, & presumptionibus + probatur scientia, ut inter alios tradit Borga. 26 decisi 3. 6. 27. 1. par. Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. cas. 8. 9. nu. 17. Et late probat Maseard. de probat. conclus. 1. 29. 3. nu. 1. potest in iudex, & bonus vir ex ijs le informare, quae de scientia presumunt passim tradunt Doct. quorum duos principios casus, qui ad rem nostram facere possunt, hic adiungere volui. Primus est, in vicino, + & consanguineo, qui scire presumitur 27 facta vicini, & consanguinei, Odd. d. tract. de rest. q. 8. art. 10. nu. 6. & 6. 5. post Bal. & alios Menoch. de presum. lib. 1. q. 77. nu. 8. lib. 2 presum. 5. nu. 43. et 44. lib. 3. presum. 12. nu. 27. Et latius lib. 6. presum. 24. per totam Maseard. d. concl. 1. 29. 3. nu. 9. 15. Et 18. ubi tamquam eas conclusionem multipliciter restringunt, ac declarant. Multo vero magis + in praefente scié 28 via presumetur, ut fusè probat Maseard. d. concl. nu. 22. Et Menoch. d. lib. 6. presum. 2. nu. 6. Secundus, quando + de aliqua 29 re est publica vox, & fama late Maseard. d. tract. concl. 1. 100. nu. 2. Menoch. de presum. 23. nu. 70. Et de arbitr. ind. lib. 2. cas. 18. nu. 8. post Decim. c. cognoscentes, nu. 18. ibi q. Fel. nu. 17. de confit. Cui affine est, quod dicitur, + scientiam presumi 30 de eo, quod publice configit, + est notoriū, ut inter alios late tradit Menoch. de presum. d. presum. 23. num. 68. & 69. Odd. d. art. 10. nu. 67. quod idem erit de ijs, quae sunt + in lo. 31 co. ubi quis solet frequentare, ut optimè ostendit Maseard.

d. conclus. i. et cōsum. i. Circa quas tamen, & similes praeſumptions & coniecturas scientiae adnotandum est, eas ut plurimi tolili, & probetur absentia, vel similis causa, que iuſtam ignorantiae causam prebeat, ut poff. Bal. d. c. cognoscentes, ibique Abb. num. i. o. Fel. & Dec. num. 19. Bero. num. 5. & alios, quamplurimos latè ostendunt Menoch. d. caſ. 186. num. 16. Mafcard. d. conclus. 100. num. 3. & 880. num. eod. 33 Quando vero haec ipſa ignorantia (que etiam alioqui † preſumitur, & ſuper ſeruſ, ubi gloſſ. & Bart. C. qui milie. non poſſ. cum ſimili, de quibus latè inter ceteros per Mafcard. d. conel. 880. num. 3. & Menoch. de praefumpt. lib. 4. praefumpt. 116. nu. 34 35.) quando inquam iuramento † probetur, habes latè per Mafcard. concl. 881. & Menoch. d. caſ. 186 ferè per tot. Alios 35 vero caſus, & quibus ignorantia, vel scientia praefumatur, aut probetur, habes per eodem Menoch. Odd. & Mafcard. loc. omnibus ſuper alleg. q. Soc. reg. 175. Sed ad rem proprius accedendo, quoniam vacatio beneficij, de cuius noitia querimus, quando praefumatur, contingere potest vel per mortem, 36 vel etiam alia ratione, quomodo † probetur mors, vel eius noitia, colligere poteris ex ijs, que latè tradit Mafcard. conclus. 1069. cum tribus ſeqq. & nupererrime Afin. in 2. part. ſua 37 Prax. §. 1. in princip. tex. per totum. De vacatione vero † per contractum matrimonii, per affectionem alterius, aut refi gnationem videndum eſt idem Mafcard. d. tract. de probat. 38 conclus. 182. 183. & 1395. In ſpecie vero de noitia † vacatio ne beneficij, quando praefumatur atq; ſufficiens fit, vide ri poſſunt Dol. c. licet, de ſuppl. negl. Prat. c. quia diuerſitatem, de conceſſ. prabent. & elem. vnic. eod. tit.

Quero quinto & poſtremo, An ſicut hoc tempus non currit ignorantia, ita etiam aliter iuſta de caſa impedito, aut minori, vel ſaltem aliquaratione ſidem ſuccurratur?

Prima conclusio. Probabile eſt, quod si ij omnes, qui op̄are debebant, iuſte impediti fuerint, durante tali impedito 39 mento illud tempus ijs non currat; optimus tex. in l. 1. C. de annual. except. l. ob comissa, C. de adult. l. ſcire oportet, §. ſuſſicit. ſſ. de excuſ. ſur. l. vtr. §. donec, C. de iur. delib. c. quia diuerſitatem, de conceſſ. prabent. cum alijs ſimilis. Ex quibus illis re 40 gula fit, quod im pedito † non currit tempus, quia inter alios probat Tiraq. de retract. lign. §. 3. gloſſ. & num. 6. & de retract. conuent. §. 2. gloſſ. vni. nu. 78. dicit tamen illud impeditum non fit affectum, per en. que latè tradit idem Tiraq. de retract. lign. §. 35. gloſſ. & num. 29. Multo vero magis id 41 verum eſit, si aliqui ex ijs † ſint minores; ijs enim faltem non currit huiusmodi tempus, durante iuſte impedito,

cum

cum praefcriptio temporalis † minoribus non currat, ſed ip-42 ſo iure tunc ſint, ut eſt tex. in l. fin. C. in quibus caſ. reſt. in int. non eſt necſ. loquens de praefcript. legali, quod latius proſequitur Sfor. Odd. tract. de reſt. in integr. q. 38. art. 2.

Secunda conclusio. Vbi etiam ipſo iure currat tempus illud optandi, adhuc competet † tam minoribus ex caſa 43 ætatis, quam absentibus alij ſue iuste impeditis in integrum reſtituio. Illud enim regularē † eſt, absentibus iuſta de 44 caſa ſucceſſi per reſtituionem in integrum, ut eſt tex. in l. 1. ſſ. ex quibus caſa mai. l. & ſi ſine, §. ſin. ſſ. de minor. de quo absentis impeditimo luculentē & optimē per Odd. d. tract. q. 5. 6. & 7. per totas, de alij † impeditimis, que ad 45 rem nostram faciunt, fuſſ. & eleganter tradit q. 11. & 16. in genere vero de impeditimo, quatenus caſam dat reſtituio; latè per eundem, q. 27. & tribus ſeqq. vbi etiam tra-46 ſtat, quando protestatio vel dimiſſio procuratoris neceſſaria ſit; que conſulto omitto, ne nimis longum faciam, & ea hic inferam, que à tanto viro egregiè pertractantur. Duo ta-47 men non omittam, que proxime rem nostram attingunt.

Alterum eſt, tam minorem † ex caſa ætatis, quam maiorem 48 ex caſa iuſti impeditimi regulariter aduersus qualibet omiſſa, & lapsus temporum ad aliquid agendum compe-49 tentium reſtitui; prout regulam facit idem Odd. d. tract. q. 8. 9. art. 1. per textus qui ſunt clari, in l. pen. C. de reſt. in integr. ibi, ignorauerunt, vel pratermisserunt, & in l. non omnia, ſſ. de minor. & admittit gloſſ. in l. ſi cum militariibus, verbo, diſtraxerunt, C. de reſt., milit. ac Tiraq. de retract. conuenit. §. 1. gloſſ. 2. num. 37. loquentes de tempore legali, pro-50 ut eſt in caſu noſtro. Alterum eſt, quod licet in ijs, que me-51 re spiritualia ſunt, ut matrimonium, ingressus religioſis, vo-52 tum, & ſimilia, forte minor etiam † non reſtituatur, ut poff. 47 gloſſ. Abb. Anch. & alios in c. ex parte de reſt. ſpol. & alios tra-53 dit idem Odd. d. tract. q. 6. art. 1. & ſeqq. tamen in ijs, que non ſunt mere spiritualia, ſed spiritualibus ſolum annexa, prout eſt materia beneficialis, datur † minori enormiter le 48 ſo in integrum reſtituio, ut singulariter tradit Lud. Gomeſ. ad reg. cancell. de trien. poſſ. q. 5. & latius Conar. lib. 1. var. 49 ſpol. cap. 5. num. 2. 3. 7. & 8. vbi etiam probat, id procedere † ſue de lucro captando agatur, ſue de danno vitando, & 49 licet res integra † nō ſit, quia beneficium iam alteri ſit col. 50 latum; quod etiam tradit, & in ſpetie admittit vbi alias alijs minor non habeat vnde viuat, Chriſtop. Rofnat. in tract. de 51 benef. cap. 17. num. 13. & 16. poſſ. Abb. in c. ex parte, de reſt. Poſſit, cum tamen Gloſſ. & ceteri d. cap. ex parte proce-

H 4. dñe

debet id nolint re nō integra, quos facis refellunt Chriphoph.  
¶ Did. loc. cit. qui etiam contra ita soluunt, ut ad eos  
remittere electorem sufficiat.

Quod si rursum à me aliquis querat, an toti Collegio Ca-  
nonicorum restitutio huiusmodi ex capite minoritatis ra-  
tione minorum, quos continet, vel etiam quia Collegium  
ipsum tanquam Ecclesia iuxta tex in cap. 1. de integr. rest.  
cum simili, vel tanquam pium Collegium, aut omnino tan-  
quam Collegium & vniuersitas hac in re priuilegio minor-  
rum gaudent iuxta latè tradita per Odd. d. tract. quæst. 3. art.  
52.5. ¶ 12. Respondeo, quod si id agatur, vt aliquid saltem  
de Capitulo optet, ad hoc, vt orandi consuetudo seruetur,  
neque ea turbari possit, aut interrumpi per huiusmodi con-  
terarium usum, tunc poterit totum Capitulum Canonicorum  
proper hoc interesse, quod proprio ad illud spectat, vt vni-  
uersum est, & tanquam Ecclesia ex edito minorum restitui  
per tex. d. cap. 1. & ca. 3. qua tradit. Odd. loco proxime alleg. Si  
verò aliqui iam opeauerint, alij non tunc, cum hi Collegii  
non constituant, sed tanquam singulares veniant, adeo adeo  
non tam de interesse totius Capituli, sed aliquarum singu-  
larium personarum illius agatur, nisi persona illa verè mi-  
nores sint, restituti non poterint ex huiusmodi edito minor-  
um, vt colligitur ex traditis per Odd. ibid. poterunt tamen  
tanquam maiores, si aliqua subiecta causa ex ijs, de quib. in  
tot. cit. ex quib. caus. mai. & ibi per doc. ac Odd. d. tract. q. 3.

53. ¶ multis seqq. Quis autem sit index competens in hac re-  
stitutione patet ex tex. & ibi Did. in l. fin. C. vbi, & apud  
quem, & in cap. pen. de integr. restitut. vbi habetur for-  
mosi iudices ordinarios administrationem habentes, vel ab  
eis delegatos posse restituere, non autem arbitrios, de quo la-  
tè inter cæteros per Odd. d. tract. de restitut. in integr. q. 3.2.  
art. 1. cum seqq. & 10. Mauris. Dolan. in simili tract. cap. 35.  
& pluribus sequent. Quando tamen, & quomodo possint ar-  
bitrii, & arbitratores saltem incidenter restituere, vel prouin-  
ciare restituendum, præter Dofl. d. l. fin. & cap. penult. viden-  
dus est Odd. & Mauris. loc. mox cit. Caffadas ad l. si curatorem  
habens C. de integr. restit. Minor. Verbo implorandum num.  
25. cum duob. seqq. & Camil. Borel. in tract. de compromiss. S.  
z. Glöss. t. num. 174. cum sex sequent. bona oratione ab aliis  
etiam id dicendum, ut si quis voluntati suæ  
admodum id S V M M AE R E R V M. bono generali  
de faveat. Utique ab aliis, quibus ab aliis non potest  
2. Canonicatus, seu canonica distinguuntur à prebenda.  
3. Copula, & ponitur inter diversa.

- 3. Canonica non debet esse sine prebenda, vbi adest in Ecclæsia.
- 4. Prebenda nascitur à canonica sicut filia à matre.
- 5. Canonicatus collato censetur etiam collata prebenda.
- 6. Canonica, & prebenda quid sit & num. seqq.
- 7. Canonica est ius spirituale.
- 8. Canonica tribuit Hallum in choro, & exercitium eorum  
qua ad diuinum officium spectantem locum, & vocem  
in capitulo num. 9. nisi proximus vel esset puer & vel non  
subdiaconus num. 10.
- 11. Canonica tribuit ius ad prebendam item ius actu perti-  
piendi distributiones quotidianas, nisi aliud obstat nu. 12.
- 13. Prebenda quomodo definiri posse.
- 14. Prebenda summa potestate pro temporalitate, & sic competit  
etiam laicis.
- 15. Prebenda habet aliquid spiritualitatis quod est distinctu  
à spiritualitate canonica.
- 16. Canonica duo usum possunt nulla etiam vacante preben-  
da vbi non est certus numerus prebendarum, scimus vbi  
est certus.
- 17. Vacante una prebenda possunt duo canonici assumi, vbi  
saltem excessentibus facultatibus ea prius divisio fuit.
- 18. Optione non mutatur canonicatus, sed sola prebenda;  
mutatur tamen ius spirituale, quod est annexum preben-  
da, num. 19. inquit etiam quodammodo titulus, vbi saltem  
prebenda sunt distincta, num. 20. Contrarium alij, qui  
exponuntur, num. 21.
- 22. Canonicus super receptus debet prius sedere in ultimo  
loco intra saum ordinem.
- 23. Optatus intra eundem ordinem ascendit saltem per acci-  
dens ad locum superiorum in choro.
- 24. Prebenda non optata debet dari nouiter recepto, & pro-  
viso.
- 25. Optans ex speciali consuetudine prebendam superioris or-  
dinis, aut gradus, simul etiam optabit Hallum in illo or-  
dine postremum tamen in eo locum obtinebit nu. 27.
- 26. Canonici omnes presbyteri debent præcedere omnes diaconos, & omnes diaconi omnes subdiaconos.
- 28. Optans prebendam, vbi prebenda sunt distincte realiter  
& secundum perpetuam administrationem vel indistincte  
Et quidem sed diuiduntur, & assignantur Canonicis  
saltem ad certum tempus in determinato corpore, dimi-  
nit onus pensionis.
- 29. Pension est onus reale, & transit ad quemcunque transfe-  
rente.

- beneficium, & probanda nu. 30.
31. *Fructus bonorum alicuius Ecclesie, & beneficij definitio esse obnoxij pensioni, quando ea definitur esse bona, & sunt illius ecclesia.*
32. *Pensio nō dimittitur per optionem, ubi per Capenerii Capitulo si certa distributione in bladis, aut pecunia loco probanda.*
33. *Pensio per optionem non dimittitur, ubi ea imposta sit in rotum, vel pro parte super distributionibus quotidianis, ad ratam enim sicut illis correspondentem soluenda erit ab optante.*
34. *Pensionarius non potest exigere à Capitulo pensionem impostaam super distributionibus quotidianis, cui vacante Canonico illa acrescunt.*
35. *Pensionarius, qui resignauit duo beneficia Titio reservata, si bi pensione super utroque se Titius alterū Seio dimittat, exiger pensionem à Titio, & Seio ad ratam valoris utriusque beneficij.*
36. *Distributiones quotidianae accessoria non sunt ad probandam, sed potius Canonicatum.*
37. *Pensio etiam imposta super solis distributionibus, vel super distributionibus simil, & probanda, omnino dimittitur per eum, qui via collationis, & nona prouisionis mutat Canonicatum etiam in eadem Ecclesia.*

### De precipuis Optionis effectibus. Cap. VII.

**Q**uarto primo, *An per optionem mutetur sola probanda, An vero etiam titulus, & Canonicatus.*

Pro intelligentia tam huius, quam etiam sequentium. Questionum huius capituli.

- Premittendum est primò Canonicatum, seu Canoniam † distinguiri à probanda: quod probatur cum ex *tex. in cap. cum cui, c. scilicet, & cap. sis, cui, de proben. in 6. & cap. fin. de concess. proben. eod. lib. vbi Canonicatus supponitur collatus sine probanda, & not. ibi per Glos. & Doct. Glos. in cap. cum M. Ferrariensis Verbo receperunt, ubi Abb. num. 2. Fel. num. 16. de confess. Butr. & Imol. in cap. cam te, de re script. Card. in Clem. fin. num. 5. Imol. num. 4. de proben. Rot. Rom. decif. 33. in princip. de re script. & decif. 26. de proben. num. 5. in nou. decif. 1. num. 9. de concess. proben. Qu alibi sapit, alijs Doct. pasim: tum ex communis stylo Curiae, qui in Bellis prouisionum solet apponere hac verba, Canonicatum, & probandam vacantem, &c. nam copula, & † ponitur inter diversa, cap. querelam, de simon. cum simil. tum demum experientias;*

perientia; videmus n. in Ecclesia Scaleni Mediolani, & alijs plerisque vel omnes, vel aliquos Canonicatus probandis care, solasq; distributiones quotidianas habere. Illud tamen verum est Canoniam † non debere esse sine probanda, vbi in Ecclesia extant probandas. Rot. d. decif. 33. Franc. Mar. decif. Delph. 1272. par. 1. nu. 1. Gloss. d. cap. cum M. Verb. receptorunt, & Verb. vacauerat; & est optimus *tex. in cap. relativum, & cap. dilectus il 1. de proben.* Et hoc est, quod aliqui, vt Rot. d. decif. 2. num. 9. & post Laud. Card. d. clem. fin. num. 5. & 14. & alij dicunt, † probandam nasci a canoniam, sicut filiam a matre; sicq; intelligi possunt, quoniam vel negant distinctionem canoniam a probanda, vel dicunt non posse canoniam esse sine probanda; & hinc etiam sit, quod vacante probanda † per collationem canonicatus censetur etiam collata probanda, ut tradit Gemin. & alijs. s. *Capitulo*, num. 2. de concess. probend in *dat. Fel. d. cum M. nu. 16.* *qui dat. in cap. 1.*

Præmitto secundo, in hoc differre canoniam a probanda, quod canoniam † est quoddam ius spirituale, quod provenit ex electione, & receptione in fratrem, vt d. t. cum M. & c. in-dum, & c. dilectum il 1. & c. dilectio de proben. Probenda est, quæ procedit ex institutione, & officio, quia, ex quo habet quis officium, debet habere & beneficium, & inter cetera, de priuilegiis qui sacerdotum, & c. eos & s. d. s. & c. eam te, de re script. Hanc differentiationem, has definitiones, seu potius descriptiones tradit gloss. d. c. cum M. Ferrariensis, in verbis, receptorunt, & ibi Innoc. num. 2. & alijs de constit. quas melius explicat Laud. Card. & Imol. d. clem. fin. ex quorum mente & supra dictis sic possumus definire canoniam, q; sit ius spiritualiter, per quod quis habet non solum stallū in choro, & locum in Capitulo, (vnde ca, que sunt diuinī officij, nec non & Capitulares actus, modo cetera requisita habeat, exerceente potest) verum etiam ius ad probandam, & facultatem actu percipiendi distributiones quotidianas, nisi ignorantia causat, vel quid simile obster.

Quod sit † ius spirituale, fatentur omnes Doctores, loc. 7 cit. *Quilibet pasim*, quod per eam canonicus habeat † stallū in choro, & possit en exercere, quia sunt diuinī officij, est *tex. d. c. dilectus il 1. de proben. ibi, stallū in choro, & participatio quilibet diuinorum, idque præter Doct. ibi notat Card. d. clem. fin. num. 14 post Guliel. de mont. Laud.* quod competit at locus, † & vox in Capitulo, tenet ibid. Laud. Innoc. & 9 Hofst. d. c. cum M. & Fel. num. 18 facit *tex. in c. cum inter 1. de renunc.* & c. relatum, de proben. nihil † vel effet puer, inxta *tex. 1. in c. ex 10. de elect. in 6. vel non esset subdiaconus, clem. verbis, quis*

qui de s<sup>t</sup>. & qual. quod vero ius habeat ad præbendam, patet tum ex supradictis, tum maximè ex d. c. dilectis, il. r. & c. relatum, de præbend. & ijs, quæ latè tradit Fel. d. c. cum M. num. 16. & 17. idque etiam optimè probat Staphil. de form. expedit. an princip. num. 9. Quod autem t debet actu percipere distributiones quotidianas, tex. est expressius, d. c. dilectis, il. r. & il. 2. in fin. & facit d. c. cum M. nota que inter alios Ror. decis. 25. num. 3. de præb. in no. lat. Stephil. de form. expedit. an princip. num. 9. Præbenda vero est ius spirituale orieñs ex canonio quoad ea, quæ spectant ad percepcionem fructuum, & prouentuum ecclesiastici beneficij, sicut est colligere decimas primicias & oblationes, competens ex diuino officio, cui insuffiſt tanquam vni de collegio; ita post Laud. definiunt Card. d. elem. fin. num. 14. & Imo. 14. num. 8. Ex quo pater, quod licet præbenda t possit quoque sumi pro ipsa temporalitate, quæ etiam competit laico, prout non. Imol. d. num. 8. Card. num. 4. gloss. d. c. cum M. in verbo, receperunt, ubi Vinc. Abb. & alijs, tamen proprie sumpta 15 t habet aliquid spirituitalis, distinctum à iure spirituitali canonie, ut præter Laud. Card. & Imol. locis paulo ante cit. voluisse videatur Ror. d. decis. 26. num. 6. sed clariss. Bellam. decis. 63. num. 3. & Rebus in concord. Gall. Rubrica do collat. §. 1. verbo, canonicalium, & præbendas, optimus tex. in c. dilecta, do præb. ibi, eo quod huiusmodi spirituale ius dividit; & melius ibi, quamnam interdum bi, ad quos spectat electio, de communi afferua augmentare valeant numerum præbendarum quoddam in spirituale de novo creando; vbi satis patet, loqui textum de præbenda, prout est distincta a canonio, seu canonicali: dixerat enim ibi Pontifex, quod, licet vbi nō 16 est certus numerus præbendarum, t duò possint assumi in canonicum, nulla etiam præbenda vacante; secus tamen, vbi est certus etiam numerus, nam tunc una etiam vacante non possunt ad illud duo simul eligi, ne hoc in spirituale diu datur; cum maxime dist. electio, de qua ibi, quæcum ad canonicalium terminatur, non casetur, neque nulla declaretur, sed solum alteri condemnetur ad restituendum alteri quicquid ratione sua institutionis obtinuit, hoc est, præbenda portionem; vel si ea electio nulla est, id fiat ex eo, quia non simpliciter, sed ad vnam præbendam duo electi 17 sunt, cum alias vel simpliciter t eligi possint duo, cum una sola præbenda vacat, iuxta c. relatum, & c. dilectus, il. r. de præb. vel tunc demum, si prius illa præbenda in duas ex crescentibus facultatibus per creationem duorum iurium diuisa fuerit, ut habetur in c. vacante eod. iuxta mentem gloss.

gloss. ibi, & aliorum de quo videndum est Rebus latus diffini- guens. d. §. 1. Rubr. de collation. verbō, uni per rotum. Quare admittenda non est opinio Abb. d. c. cum M. num. 22. dum vult, præbendam tunc solum dicendam esse quid spirituale, cum haber canoniam annexam.

Præmitto vltimō illam distinctionem, quam supra cap. 2. g. 2. conclus. r. datius explicavi, quod aliquando in ecclesijs est certus, aliquando incertus numerus canonicotum, & totidem etiam præbendarum; item præbenda aliquando fundindistincta, aliquando distincta inter se. His politis sit.

Prima conclusio. Per optionem non mutatur canonica- 18 tus, sed sola præbenda: ita Card. confis. 126. num. 4. Casad. decis. 17. num. 2. & seg. de concess. præbend. Gem. Franc. & omnes in c. fin. de confess. in 6. Rebus in rati. de pacif. posse. num. 162. in quām etiā sententiam allegari possunt, quocquot scrip- runt per optionem non mutari titulum, de quibus inf. con- clus. 3. & fatis aperiēt id patet ex tex. d. c. fin. de consuet. in o. ibi, meliores optara præbendas, & mox, cum præbenda vaca- bit, & illa qua optata non fuerit, &c. Supra autē satis ostendimus, præbendam a canonio, & canonicali distinxisse.

Secunda conclusio. Mutatur & tamen per optionem ius 19 spirituale, quod est annexum præbenda: ita Ror. decis. 6. num. 5. & C. de consuet. in no. Bellam decis. 1. num. 2. & decis. 63. num. 5. Compot. c. fin. in 1. gloss. ext. de consuet. & omnes ferē Doct. mox allegati. Quod autem in his duabus conclusionib. diximus, dicendum quoque erit de portionibus Mansiona- riorum, seu beneficiatorū in Ecclesia Collegiata, aliorumq; clericorum in quibus locūm habet optio simulq; dari po- test titulus distinctus ab ipsa portione, seu quasi præbenda s- nam, tunc in illis dimittetur per optionem non titulus, sed portio, seu quasi præbenda, quam obtinebant, & alia optata acquirerunt, secus verò dicendum puto in titulus S.R.E. Car- dinalium, necnon Commendis militum, seu equitum; nam cum non videatur a signari posse hæc distinctio tituli, seu Commendā præbenda, vel portione, per optionem muta- bunt Cardinales quidem titulum Equites verò Commenda- dant; sicque non dicentur amplius habere eundem titulum, eandemq; Commendam numericam, & individualē, sed portio genericā, seu specificam; quod in optione canonico- rum non contingit; idem enim canonicus cum eodem ca- nonicali mutat sola m<sup>o</sup> præbendam.

Tertia conclusio. Probabiliter dici potest, vbi saltem præbenda distincta sunt, mutari t̄ quodammodo titulum 20 beneficiale, & præbendalem, quatenus sumere possimus titulum

titulum pro iure illo spirituali præbenda: ita in specie viderunt Rot. & Bellam. loc. cit. & hoc voluerunt, & concludunt, dum ibidem probare contendunt per optionem canonicatum mutari; idem etiam quod titulus mutetur tenuerunt Gig. de pension. q. 6. n. 2. & alij quoque securi sunt Rot. d. decisi. 6. quos allegamus, ad. conclus. i. ex eo enim præcipue probatur illa conclusio, in qua dicebamus, optandi coniunctudinem esse contra ins. ideoque requiri ipsatum 40. annorum, quia sine canonica institutione nouum titulus acquiratur, contra tex. in cap. i. d. reg. iur. in 6. eam simil. In hoc ratione contrarium sentit Card. d. consi. 12. n. 4. Abb. consi. 3. 47. n. 12. & 13. volum. 2. Gemin. & Frane. d. c. fin. Cassid. d. decisi. 17. per totam. & idem tenere videtur end. Rot. decisi. 15. de consuet. & decisi. o. n. 2. de prob. in antiqu. Rebus. d. n. 142. post Anct. d. c. fin. Buer. c. fin. ext. de consuet. & alij dicentes, optionem non dare nouum titulum, sed prouincie ex antiquo titulo, ita ut forte sit haec opinio magis communis: nisi velimus eos intelligeres, loquuntur, vel vbi præbenda distinctæ non sint, vel de mutatione canoniciatus sive in endo titulum pro canoniciatu, qualem solum velint non mutari canoniciatum, quomodo titulum sumebant Bellam. d. decisi. 1. & 6. & Rot. d. decisi. 6. dum probare volebant per optionem titulum beneficiale, & canoniciatus acquiri, quam tamen interpretationem Card. Abb. & Caslad. libenter non recipiunt, dum frustra, & contra ceteros omnes probare contendunt, per optionem mutari solam præbenda temporalitatem, hoc est, ipsum fundum, quod etiam vel ex eo confutatur, quod nullum ad hoc statutum, vel consuetudo requireserunt, sed solum Iudicis, superioris ecclesiastici decretum, quod in alienatione rerum Ecclesiasticarum, requiritur c. sine exceptione 12. quæst. 2. cap. vi super de reb. eccl. alien. vel non cum suis concord. & in ipsa permutatione fundum ecclesiasticorum cap. 1. de reb. eccl. alien. vel non, cap. 1. & 2. & cap. ad questiones cum ibi nos. de rer. permuat. iuncto maxime, cap. nulli de reb. eccl. alien. vel non, ex extranag. Ambitus sam. ed. tit. inter commun. vbi alienationis nomine, cum de rerum Ecclesiasticarum alienatione agitur, permutatione quoque continetur.

Ex hac verò, & precedentibus cœclusionibus notabiliter inferunt, quod in illis Ecclesijs, in quibus adeo consuetudo, vel statutum, quod dimidia, vel alia pars fructuum præbenda in illius vacatione solutur vel sacrifit, vel fabrica Ecclesiæ, cuiusmodi de statutum, & consuetudo satis approbantur à Trident. Concil. sess. 24. cap. 1. q. de reform., expressum verò,

& in specie à Pio V. confitit. 106. quæ incipit, durum nimis, statuente, ut vbiunque fructus, & distributiones fabrice, vel sacrificij, aut alterius p[ro]i loci v[er]sibus v[er]tra semestre tēpus reperiuntur concessi, horum dumtaxat dimidia pars ipsi fabrice, vel fabrica Ecclesiæ, aut p[ro]i loco deinceps tribuatur, alteram verò beneficiati integrè percipiante in illis inquam Ecclesijs, in quibus huiusmodi statutum extat, vel consuetudo; similiq[ue] viget ius optionis, pars præbenda, seu fructuum illius, pro ratione præbenda, quæ primò vacavit, soluenda est sacrificij, vel fabrica Ecclesiæ, aut alteri p[ro]i loco inexta consuetudinem vel statutum ab eo qui optauerit. Idq[ue] ab omnibus praestandum erit, qui ordinem deinceps singuli occasione illius, vacationis vel ad eam ipsum obtinendam optionis iure v[er]i sunt, vel ad alias consequendas, quæ occasione optionis successivæ vacarunt; ita ut vniuersusque solutio pro rata tantum accessionis redditum sibi illo ipso optionis iure facta. Hæc verò solutio vbi quisque primi anni fructus ex præbenda, quam sibi iam optauit, perceperit, statim ab eo præstanta erit. Sic sane ijdem ferè vrbis contumulum est in Cone. Proni. Medioli. V. sub tit. quæ ad benefic. collat. attin. versic. quibus in Ecclesijs optionis ius est. Sed & idem iure communi procedit, & ex præcedentibus conclus. planè colligitur; cum n. per optionem ad minus mutetur præbenda, ut concl. i. & 2. ostendimus, easq[ue] acquiratur per optantem, ad quemcumque pertinere præbenda pertenire quoque debet onus hoc præbenda, ut ex ea detrahi possit ea pars fructuum, onus enim fructuum sequitur eorum possidendum h[ab]entus ff. v[er]sfr. & l. quaro de v[er]sfr. leg. additio Quaro. An optando quis mutet statutum in choro, & quomodo?

Supponendum est noniter receptum etiam mandato Pontificis prius; sedere debere in inferiori loco iuxta ordinem 2. suum, ita ut vbi presbyteralis præbenda sit, que confertur, v[er]a titulum inter presbyteros: si diaconalis, v[er]itimum inter diaconos & si subdiaconalis, v[er]itimum inter subdiaconos locum obtineat, qui illam præbendam assequitur; de quo per tex. & Dicit. c. Huiusm. de maior. & obv. ita tradunt Dom. de Rot. decisi. 9. de consuet. in antiqu. & decisi. 24. eod. tit. in antiquior. tener. Falcon. in tract. de resuaria. beneficij. 49. Add. ad Rot. decisi. 2. & 3. de consuet. in no. Franc. Marc. decisi. Delphini. 1271 n. 5. ob eam rationem, quia in dubio l'aya videtur conferre canoniciatum cum suis qualitatibus, ut per Rot. loc. cit.

Prima conclusio. Quando optio sit intra eundem ordinem,

- 23, nem, quod ve plurimum contingit, ascendet † etiam saltem per accidens ad locum superiorum in choro. Probatur primo ex Doct. supra allegatis; ijdem enim dicunt, eundem uouiter receptione ascendet deinde ad alios gradus suis loco, & tempore iuxta statuta, & consuetudines ecclesiae; quod etiam tenere videtur Zerol. in Prax. Episc. verbo, canonis, versic ad 8. per ea, que nos Boer. in tractat. de auditor. mag. Cur.
24. Franc. num. 82. deinde quia cum præbenda † non optata debet dari nouiter prouiso, vt etiam dicitur d.e. fin. de conseru. in 6. & ille debet sedere in inferiori loco, necessario sit, ut alij gradatum ascendat. Neque vero id aduersatur ijs, quæ superiorei quæst. tradidimus, dum in 2. not. inter iusta canonicalia statulum in choro reposuimus, & tamen ibid, in 1. conclus ostendimus, canonicatum non mutari per optionem, tum quia non ita mutatur locus, quasi de novo tribuantur, sed tolum per ascensum, vt dictum est: tum quia id sit per accidens, vt admonuimus ex eo, quod non tam sit vi optionis, quam mutationis canonicius, & nonque prouisionis, quae alteri sit, qui deinde in inferiori loco sedere debet; vnde si vacta aliquæ præbenda canonici qui in vno ex postremis locis sedet, & antiquior optare nolit præbendam vacante, poterit quidem sequens optare; non tamen ascendet statulum illius, aut in eo illi preferetur, sed in proprio manes mox consequenti, & ad præbendam ascendens illam optabit, prout quotidie fieri videamus. Item si ex speciali iure obtinens præbendam qualificata, puta Theologalem, licet posterius receptorus sedere debet statum post antiquiorum ea numericum vel dignitates prout est in Ecclesia Metropolitana Mediolani, cum ei praeteriti in optionibus debeat canonicus prius receptus, licet in inferiori loco sedet, vt supr. cap. 41. q. 4. concil. 4. docuimus, optans inferiori canonicius non aten- det ad locum Theologi; quia etiam post eum optans sicut ad inferioris locum non descendet, ita amplius ascendere non potest, quod & in antiquiori omnibus canoniciis optante regulariter in singulis collegiatis Ecclesijs semper contingeri is enim optans non ascendet ad superiorum locum cum iam primum post Dignitates, vel in ordine Diaconatus, si antiquior diaconus sit, locum obtineat.
- Secunda conclusio... Vbi optatio fiat ex speciali consuetudine de ordine ad ordinem, seu de gradu ad gradum, op-  
25 tando quis præbendam superioris ordinis † simul etiam optabit statulum in illo ordine ob dispositionem tex. d.e. fin. et  
26 sumus, decurrentis, ut omnes presbyteri † omnibus diaconi, omnique diaconi omnibus subdiaconi in ecclesijs pre-

cipu precedant, primumq; locum obtineat, etiam si post-  
terius recipiat; postremum tamen † in ijs ordinibus locum 27  
obtinebunt, per ea, que supra diximus, & per tex. cum ibid.  
in c. 1. de maior. & obed. 17. & 75. distin. c. ultimo, cum similib.  
de quibus per Doct. & gloss. dicitur.

Quarto tertio & postremo, An per optionem dimittatur penitus?

Prima conclusio. Vbi præbenda † in ecclesia sunt realiter, & actualiter distinctæ, ita vt singuli habeant perpetuum ad-  
ministrationem corporis, vel reddituum sibi assignatorum; vel distinctæ quidem illæ non sunt, tamen singulis canoniciis pro portione fructuum assignantur quotannis, vel ad aliud tempus certum, & determinatum corpus, vel certi redi-  
tus, quos ipsi exigere debent, iuxta distinctionem supra cap.  
2. q. 2. conclus. 1. latius explicatam; his inquam duobus casib-  
us, optando quis præbendam, & propriam dimittendo gra-  
uatam pensione, dimittit etiam onus pensionis: ita in specie  
tradit Gig. d. tract. de pension. q. 6. num. 1. 2. & 3. idemq; fa-  
tis aperte tenet Nanar. cons. 3. num. vlt. in multis antecedenti-  
bus, de solut. lib. 3. volum. 1. & Rot. Rom. decis. 5. 97. num. 7.  
1. par. in nouiss. diuers. Ratio est, quia penitus † est onus rea-  
le, Vt est optimus tex. ubi glo. pen. & alij in cap. nisi essent,  
de prob. Gemini. & ceteri communiter, in c. fin. de off. ordin. in  
6. late Flam. Paris. tract. de resign. benef. lib. 6. q. 2. num. 98.  
idem Gig. d. tract. q. 3. & 40. num. 1. q. 43. & 47. nu. 2. & cons.  
124. 138. & 150. nu. cod. Et transit † ad quemcunque trans-  
si beneficium, & præbenda, vt tradit glo. in d.e. nisi essent Ca-  
stren. cons. 3. q. 9. incipit, quia exceptiones, num. 4. vers. sed re-  
spondeo, volum. 1. in no. impress. Fel. c. ad audientiam, il. 2. nu.  
6. de script. Caccin. tract. de pension. eccl. q. 9. Gig. d. tra-  
cta q. 44. num. 2. & late post alios Paris. tract. de resign. lib. 1.  
q. 8. num. 22. 27. 30. & seqq. Ad idem facit optime quod post  
Castr. d. cons. 3. q. 9. num. 4. tradidit Fel. d. num. 6. Gig. d. q. 6.  
num. 3. quod quando fundus, & bona definiti esse beneficij,  
& ecclesiæ, illius fructus † non sunt amplius ad pensionem 31  
obnoxii.

Secunda conclusio. Vbi per Capitulum non assignantur certe, ac determinatae præbendas sive distinctæ, sive indi-  
stinctæ, modo, quo supra consistentes in certo, & determina-  
to corpore, sed per procuratorem Capituli, quem alij Cane-  
parium, alij Thesaurarium vocant, fit certa distributio in bla-  
dis, aut pecunia consistentis, tunc vbi cadere possit optio, per  
eam non dimittitur onus pensionis, vt in specie volunt. Gig.  
q. 26. 3. num. 4. ob eam rationem, quia tunc optio non facit

cenfieri nouum beneficium, aut præbendam, ut præbenda est titulus beneficialis iuxta tradita per Rot. decis. 470. quæ est. 6. num. s. de conſuet. in no. vbi tamen potius vult, tunc nō habere locum optionem. Sed quicquid sit de hac ratione, nos aliam aſſignare poſtulamus à cœſtatione rationis, de qua in ſu-  
per. concl. in ſuſta cap. cum ceſſante cauſa, de appet. cum ſini. de  
quibus per glo. ibi, & Tiraq. in traſt. ceſſante cauſa. Hoc u.  
cauſu penſio non tam afficit præbendam, quam titulum ipſum  
canonicatus, qui nō dimittitur p optione, ut ſupra vidimus,  
certos vero fructus non afficit, niſi cū deſignatione perſonæ,  
qua illos percipit; p talē Canoniciſcuſ obincere; cū tñ certi  
fructus, & reditus in individuo non aſſignentur; heq; nō erit  
pēſio mere oꝝ reale, ſed pſonale, vel mixtus, aut reale reſpe-  
ctu Canoniciſcuſ, ita vt ad ſuccesſiores in canoniciſcuſ trāſeat;  
hoc n. cōcē eſt huic cauſu cum ſuperioribus. Pro qua rōne, &  
ſimil etiā pro hac coelūſione facit optime dec. Delph. 1. 272.  
apud Frāc. Marc. vbi traditū, quod ſi prouido de præbenda  
grauata pēſione detur alia præbenda ſecundum prouis quā-  
litatē, quia non ſit in ſacris, & ſecundum ritum ecclesiæ, in  
qua fructus & præbenda diuiduntur in communī, onerata  
penſione remanebit.

33. Tertia conclusio. Vbi penſio † imposta ſit ſolum ſuper di-  
ſtributionibus quotidianiſ, vel ſaltem pro parte, tunc per  
optionem non dimittitur penſio pro rata, qui reſpondet di-  
ſtributionibus, ſed pro ea parte remanet ſoluenda ei, qui op-  
pat. Haec conclusio eſt de mente Doſt. de quibus in ſuperio-  
ri conclusione, & probatur ijs plane rationibus, quibus eam  
comprobauimus, tunc enim pro ea rata nō mutatur aliquis  
fundus, aut certum corpus, certiue reditus, qui ſpecialiter  
ſint penſio affectedi, ſed ſolum ſub ea determinatione, qua-  
nus percipiuntur ab eo, qui penſio conſenſit, eiusque ſucceſ-  
ſoribus in beneficio, & canoniciſcuſ, qui nec per optionē mu-  
tatur, vt ſapienti dicitur eſt, & ius tribuit actu percipiendi di-  
ſtributiones, ut ſupra hoc eod. cap. q. 1. offendimus. Idem etiā  
colligitur ex rationibus, quibus Nauar. conf. 1. & 3. de ſol. ſol.

34. lib. 3. vol. 1. oſtentit, † penſionarium exigere non poſſe pen-  
ſionem imposta ſuper Groſſa, & distributionibus à Ca-  
pitulo, cui vacante beneficio ea aſſcrent, ſed ſolum vel ab  
ipſo beneficiario, qui penſio conſenſit, vel eius ſucceſſore  
in beneficio, cum nec Capitulum ſucedat, aut beneficiariū  
dici poſſit, neque ea tali onere affecteda ceneſcantur, niſi qua-  
tenus à beneficiario luſciantur. Ut latius per eum. Neq; huic  
conclusioni quoad ea, qua de rata diximus, obſtrare poterit,  
quod durum & inauditum videtur, penſionarium à duobus

exigere debere vnam penſionem; qui etiam ab eo potius,  
qui præbenda alliquot, totam penſionem ſoluenda eſt,  
cum præbenda reſpectu diſtributionum videatur ſe habere ſi  
eū accessoriū reſpectu principalis; illud autem ab hoc tra-  
hatur, eiſi que naturam ſequatur, cap. accessorium, de reg. 14.  
in 6. cum vulga. Etenim non eſt durum, aut inauditum,  
vt, qui impetravit reſeruari penſionem ſuper præbenda, &  
diſtributionibus, ab eo, qui obtinet præbendam, contingentem  
penſionis portionem exigat, reliquam vero ab eo, qui  
diſtributions percipit. Si enim quis reſignauit † duo bene-  
ficia in fauorem Titij reſeruata penſio centum duc. qui  
Titius alterum eorum dimiſit, diuidenda eſt penſio inter  
poſſidentes ad ratam valoris vtriusque beneficii, ut poſſ  
Gamb. traſt. de auct. leg. lib. 6. de penſ. nu. 667. & ſeqq. tra-  
dit in terminis Flam. Paris. traſt. de refiſ. benef. lib. 6. q. 2. nu.  
64. Neque diſtributions † accessoriz ſunt ad præbendam, 36  
eiſi que naturam ſequi debent, cum per ſe ſtarci poſſit, ſed  
poſſit canoniciſcuſ accedit ut inter ceteros adnotauit Phil.  
Prob. in Add. ad Ioan. Monac. cap. unico Verb. Viſtualia in  
prin. de oler. refid. in 6. non Card. confi. 33. in ſi. & per teſt. op-  
timū in cap. dilectus il. ſ. de præben. qui quidem Canonica  
tus ius dat actu percipiendi quotidianaſ diſtributions, ut  
ſupra etiam diximus. Vnde videmus, canonicoſ pluriſimos  
præbenda carere, actu tamē percipere quotidianaſ diſtributions,  
prout ſunt in hac Mediolanensi ciuitate Canonici  
ecclesiæ S. Mariae Scalensis. Illud demum haec in re expedi-  
tum eſt, quod etiam ex ſupradictis ſequitur, quod si quis ea  
canonicatum mutet in eadem quoque ecclesiæ, omnino penſio  
nem dimittit, niſi quā ſia imposta ſit ſuper ſolis diſtributionibus  
ſive ſuper diſtributionibus ſimili, & præbenda; tunc  
enim cum canoniciſcuſ mutatur perſona; vnde tranſiſit ad  
ſuccesſorem tota obligatio ſoluendi penſionem.

## S V M M A E R E R V M.

- 1. Derogari potest in ſpecie optioni per Papam, & num. ſeq.  
In dubio tamen non cenſetur velle et derogare. num. 3.  
& ſeqq.
- 2. Papa in beneficialibus habet plenitudinem potestatis.
- 3. Papa in dubio nō cenſetur velle derrogare iuri queſto, id ī ſue ſit ius in re, ſue ad rem; & licet modicum ſit preiu dicuum. num. 5.
- 4. Derogare optioni non eſt neceſſo, ubi quis prouidetur de  
beneficio, ſeu præbenda vacante apud ſedem.

- 7 Derogatio saltem generalis optionis requiritur, ubi Papa conferat vel mandat conferri probendam generaliter reformatam: probabile tamen est, non requiri hanc generalem derogationem. num. 8. saltem in beneficijs vacatibus in mensibus Apostolicis. num. 9.
- 10 Regula cancellaria vim legis obtinet.
- 11 Derogatio generalis sufficit ad impediendam optionem, ubi prouidetur motu proprio de probenda specialiter reseruata; secus ubi prouisio fiat ad petitionem partis & quae sit ratio diversitatis. num. 13.
- 12 Consuetudo optandi locum non habet quoad Apostolicos imperantes, nisi de hoc specialis consuetudo inducta sit. num. 13.
- 13 Derogatio specialis optionis requiritur, ubi prouisio fit vi-  
gore expectativa alicui concefse, nisi Papa mandet prouidi-  
deri de pinguiori probenda. num. 15. aut ad sit motus pro  
pruis cum clausula, non obstante. num. 16.
- 17 Motus proprius habet vim derogatoria.
- Derogare optioni non potest Legatus de latere sed solus  
Papa. ibidem.
- 18 Consuetudo optandi non tollitur per non usum. Idque qua-  
nis evenierit casus optionis. num. 16.
- 20 Facultas non tollitur per non usum, neque ei prescribi-  
tur. num. 21.
- 22 Consuetudo non tollitur nisi per contrarium usum.
- 23 Lex non tollitur per actus negatiuos, seu per non usum.
- 24 Privilegium non tollitur, seu amittitur per non usum.
- 25 Consuetudo optandi tollitur per contrarium usum acci-  
dente maxime contradictione, dummodo observatus sit  
santo tempore, quantum requiritur ad inducendam con-  
suetudinem. nu. 26. hoc est, quadraginta annorum, ubi  
probande sunt distincte. nu. 27.
- 28 Consuetudo libet per tunc temporis tollitur, quan-  
tum requiritur ab eam inducendam.
- 29 Consuetudo optandi non tollitur per unicum actum con-  
trarium: idem in quavis consuetudine. nu. 30 tolleretur  
tamen, vel saltem interrumpetur, ubi consuetudo non  
effet completa. nu. 31.
- 32 Consuetudo, & statutum optandi potest tolli a Papa per  
contraria constitutionem, & nu. 32.
- 33 Princeps potest per suam legem tollere contrariam con-  
suetudinem, ita ut non valeat, si postea inducatur.
- 34 Statuta inferiorum potest superior tollere.
- 35 Statutum, & consuetudo optandi non tribuit ullam ins-  
angu-

singulis, antequam casus eveniat.

- 36 Papa, & Princeps potest praividicare in acquirendis, ima-  
go in questiis, maxime ubi reditur ad ius antiquum. n. 37.
- 38 Consuetudo, & statutum optandi potest tolli per contra-  
rium statutum Capituli simul, & Episcopi.
- 39 Reditus ad ius commune facile permittitur.
- 40 Statutum etiam praividicale ecclesia admittitur, cum re-  
dimu ad ius commune.
- 41 Clerici statuere possunt contra consuetudinem, que erat  
contra ius.
- 42 Episcopus cum consensu Capituli an posset renunciare in-  
re acquisita ecclesia per consuetudinem.
- 43 Statutum optandi potest tolli contraria consuetudinē.

*Quomodo tollatur optio, seu ius optandi.*

### Cap. VIII.

Vero primo, *Quando & quomodo derogatur optioni?*  
Suppono primo, Papam & posse in specie derogare  
optioni, eamque tollere, tu quia & habet in beneficiis  
bus plenam potestatem, c. 2. de proben. in 6. vbi Doct. omnes, &  
alibi passim, in quibus etiam ita potest praividicare, vt tollat  
ius quiescitum. Calder. conf. s. 2. de re script. Alex. conf. s. 1. col.  
2. vol. 1. Soc. conf. s. 6. 2. par. cum alijs pene infinitis relatibus per  
Gibr. com. concil. lib. 3. tit. de iure quiesci non tollendo. concil.  
nu. 9. & Pet. Cened. in collect. adiutor. canon. collect. 21. nu. 1. 3.  
par. tu quia ita in his terminis tenet eūtēr Doct. in c. fin. de  
cōsuet. in 6. Rot. decit. s. n. 1. de consuet. in nu. & decit 2. eōtēt.  
in antiqu. Cassad. decit. s. n. 1. de probend. Franco. Mare. decit.  
Delphin. s. 26. 1. n. 5. & 127. 1. n. 2. Staphil. de lit. grat. & in-  
stit. tit. de vi. & effect. claus. vers. Insuper derogatur numero 3  
& 2. statut. non usum, emulando. & cunctis manip. sum.

Suppono secundo, Papam in dubio & non censeri deroga-  
re optioni, vel consuetudini de optando: tum quia Papa & in  
dubio censetur nolle praividicare iuri quiesci per tertium,  
Abb. in c. 1. de re script. nu. 10. & c. super, & ubi plene Barbat.  
1. 2. & 3. col. & per Gibr. ad. concil. a. nu. 29. tit. de iur. ques. non  
toll. & eff. de hoc reg. cancell. de non tollendo iure quiesci, ubi  
late glossat. & sunt res. in iure communi, e. ex parte, & c. sa-  
per eo, de off. deleg. c. ex tuar. de aucto. & v. pall. c. quamvis,  
& c. si proper. de re script. in 6. cum simil. Idque procedit tam  
quod modicū quā magnū praividicium, & tam quod ius  
ad rem, quam quod ius in re, ut post gloss. in c. cum olim, in  
verbis praividicissim, de consuet. & alios quam plurimos tra-

dunt Fel.d.c.super eo, col. 2. Dec. conf. 107. & 606. col. fin. Gomez. d. reg. de non tollen. iur. que si. quatt. 1. in princ. vers. alij vero, tum quia ita in specie de optione tradunt fere omnes Doct. sup. alleg. in primo suppos. in fi. Sicut ergo per optionem, aut ius optandi acquirantur ius in re, seu ad rem, non censebitur ei derogatum, nisi expresse id fiat per clausulas speciales, vel generales iuxta casum diversitatem, de quibus in sequentibus conclusionibus.

¶ Prima conclusio. Vbi Papa † prouidet de beneficij vacantibus apud sedem, nulla opus est derogatione, cum in ijs fieri non possit optio, & prouisus sit ipso iure tutus per extum, d.e. fin. in prabendis, ubi Doct. omnes de confus. in 6. Ibi enim aperte diponit tex. quod in prabendis, que apud sedem vacant, non sit locus consuetudini optandi, que auctem beneficia, & prabenda apud sedem seu in curia vacare dicantur, diximus sup. cap. 3. q. 2. concl. 1.

¶ Secunda conclusio. Vbi Papa † conferit, vel mandat ferti etiam mox proprio prabendas generaliter reservatas, (de quibus nos late d.q. 2. concl. 2.) requiriunt derogatio saltem generalis, non obstantibus statutis, vel confuetudinibus dictis ecclesiis: ita post Lap. Abb. Archid. & 10. An. d. c. s. trahit in specie Card. conf. 16. nu. 4. pro hoc facit tex. e. 1. de const. in 6. in c. constitutis, ex de rescr. & c. cum in ecclesia de praben. lib. 6. vbi Papa non intendit derogare statutis, & consuetudinibus ecclesiis, nisi de ijs mentionem faciat. Probabile

tamen etiam est, † non requiri hanc generalē derogationem, ut ex mente d. Lap. Abb. & post 10. de Lig. tenent Gemini. d. c. fin. §. in prabendis num. 3. & Franc. nu. 6. nec non tradit. etiam Aen. Falcon. de refus. benef. q. 4. princip. eff. s. ad fin. ex co. quia Papa referuando derogat omnibus iuribus, & statutis, & tollit omnem potestatem conferendi, & sic tollit tam iura, quam statuta, & consuetudines, quae dant potestatem optandi. Ad illa vero iurā responderi potest procedere, vbi non sit facta tacita derogatio in iuribus, & constitutionibus, quae vim legis habent. Sanè in beneficij vacantibus in mensibus reseruatis non requiretur derogatio etiam generalis, tum propter eadem rationem, tum quia in reg. 8. S.D. N. Clementis vii, sit expressa derogatio statutorum & confuetudinum optandi priuiores prabendas, sive mili- tate eadem ratio, que in vacantibus in curia, de quibus in se- concl. dici enim potest, quod & in illis ius derogat expelle optioni, cum etiam regulæ cancellariae & vim legis obtineant, & faciant ius generale, durante faltem vita Pontificis cas coidentis, vt late & optime probat Gomez. in proce-

reg. q. 2. vers. in contrarium vero, usque ad fin. vbi quamplurimos referens testatur de magis communis, similes soluit contraria.

¶ Tertia conclusio. In reservatione † speciali, que fit, quan- do Papa conferit, vel mandat conferri aliquam prabendam, que alioqui per ordinarium collatorem conferri deberet, neque est a iure communii, vel per aliquam extrauia: aut regula reservata, communior videtur illa distinctione. Lap. Abb. d.e. fin. quod si fiat motu proprio, maxime cum clausula generali, non obstante, novi habebit locum optio. Si vero ad petitionem alterius, requiretur specialis derogatio. Lap. sequitur 10. de Lig. Gemin. & Franc. loc. cir. Card. d. conf. 16. num. 4. Staphil. d. ver. fin. super derogationis num. 4. Casad. decr. 4. nu. 3. de concess. prab. Sic intelligi debet Flam. Paris. s. tract. de resign. benef. lib. 2. quatt. 20. num. 9. dum post Gemini. conf. 3. vult quod si de beneficij vacantibus extra Curiam prouideat Papa, differtur optatio stante clausula derogationis; sic etiam exponi, & intelligi possunt, quoquot indistincte dixerunt, quod quando Papa mandat conferri, non censetur sublata optio, nisi expresse derogue consuetudini de optando, prout volunt Franc. Marc. decr. Delphin. 1261. nu. 1. par. & Robust. Prax. benef. in form. & declar. noui prouis. vers. nec tollitur optio: & quod alij dixerunt † consuetudinem op- tandi locum non habere quo ad Apostolicos imperantes, propter clausulas derogatorias. Rot. decr. 2. de consuet. in an- nis 1. dicens istam fuisse communem opinionem Rot. quam etiam sequitur inter alias Franc. Marc. decr. Delphin. 1271. nu. 2. Gil. de pension. d. q. 6. 3. num. 13. & Grego. Tholos. trad. de benef. c. 3. nu. 4. Prob. ad 10. Mon. d. c. fin. nu. 2. 8. vbi ramē post Old. conf. 285. die it, † valere specialem consuetudinem 13 ita induciam, ut optetur, etiam si sint im petrantes Apostoli- chis. Sic etiam exponi possunt tex. cap. constitutis, ex de rescr. & d.e. 1. de const. in 6. & c. cum in ecclesia de praben. red. li. cum simil. dum volunt, consuetudinibus, & statutis ecclesiis- rum non censeri derogatum, nisi de ijs fiat expresse mentio, in intelligendo expremam mentionem, hoc est, specialem. Ra- tione vero illius distinctionis magis communiter afferatur, quod vbi ad instantiam partis conferatur, vel mandetur conferri, id procedit ex radice ambitionis, atque adeo refringendum, e. quamvis, de praben. in 6. clem. 1. in fin. de praben. cum suis concord. quando vero motu proprio, scribitur cum clausula, non obstante, non habetur respectus nisi ad scribentem, qui legibus non auctoratur; vnde sufficit, quod eius intentio quo modocunque deprehendatur, que sati patet, quando motu



proprio scribit per clausulam ipsam, non obstante &c. ut opere  
time explicat inter alios Cassad. d. decis. 4. num. 7. de concess.  
probend.

24 Quarta conclusio. In expectatinis, † quando scilicet Pa-  
pa mandat prouideri de præbenda primo vacatura in ali-  
qua ecclesia omnino locum habebit optio, nisi fiat expressa  
derogatio consuetudinis, vel statuti de optando, & hic est  
casus expulsus, & proprius d. c. fin. de consuet. iur. 6. ibi enim  
Pontifex præmissa consuetudine optandi deceperit, quod cu[m]  
in ecclesia, in qua est talis confluendo, mandat sedes Apo-  
stolica prouideri aliqui de præbenda nulli alii de iure debi-  
ta, proxime inibi vacatura, poterunt ipsi antiquiores iuxta  
consuetudinem eandem optare, cum præbenda vacabit; id  
tradidit Dom. de Rot. decis. 5. de consuet. an nou. Cassad. d. decis.  
4. num. 2. & 5. Gemin. consil. 104. idem Gemin. & Franc. d. c.  
fin. Stephil. d. versio. insuper derogatur num. 1. & 2. de efficit.  
claus. Hæc tamen conclusio videtur duobus modis posse re-  
stringi. Primo, ut tunc † sufficiat generalis derogatio, quan-  
do in specie Papa mandat prouideri de pinguiori præben-  
da, cum generali derogatione statutorum & consuetudi-  
num, ut aperto colligitur ex Rot. d. decis. 5. vers. cum etiam  
quia, quam in hoc sequitur Franc. d. c. fin. in princip. nu. 4. ex  
eo, quia alias gratia impletantur possit totaliter frustari  
propter e. cui si non factordati, de prob. in 6. vbi si Papa mæ-  
det prouideri de præbenda certi valoris, non potest prouide-  
ri de alia minoris valoris. Secundo, sufficiere † motum pro-  
prium cum generali clausula, non obstante, ut post Gemin. d.  
17 cons. & tenet Cassad. d. decis. 4. num. 2. & 3. cum tunc † habeat  
vini derogatoria, ut post Lap. Abb. in c. quamvis de rescript.  
in 6. & alibi tradit. Mil. in Report. verbo motus proprius, &  
Cassad. d. num. 3.

Quinta conclusio. Probabilius mihi est, solus Pontificis  
non autem legarum etiam de latere, nisi ad id insufficientem  
habeat facultatem posse derogare consuetudini, seu statuto  
optandi, quicquid in contraria voluntate videatur in hoc Nicol.  
Delphin. tract. de tres patr. nu. 158. idem enim quod nostra-  
dit, & sat is comprobatur Aegid. Bellam. in tracta. de permitt.  
benes. par. 1. 2. nu. 6. ratioq; manifesta est, quia per huiusmo-  
di derogationem agitur de tollendo iure alterius in benefi-  
cialibus, quod soli Papæ conceditur; c. a. de proben. c. 6. cum  
ibid. & alijs per nos addictis supr. hac ipsa questi. in princ.  
Qvarto secundo, An consuetudo optandi tollatur per non  
sum.

18 Respondo, communem † resolutionem doctorum esse,  
quod

quod noui; ita Capit. decis. Neap. 124. nu. 1. Franc. Mar. det.  
Delphin. 125. nu. 6. Ioan. And. d. c. fin. in princ. in verbo pos-  
sunt, & ibidem Anch. Buttr. Lap. Abb. 8. Io. de Lig. & Gem.  
nu. 3. Fran. nu. 3. ad si. Zerol. in Prax. Episcop. verbo, canonica,  
versic ad duodecimum. Galp. Cald. consil. 3. nu. 3. de consu. Pet.  
Rauen. in enar. cit. de consuet. felic. & nu. 6. 1. Balb. tract. de pra-  
scripta. & par. quinta par. princ. q. 3. nu. 4. Gig. d. strati. de pens. q.  
6. 3. nu. 8. & alijs palliis, qui etiam fere annales loquuntur, &  
dicunt, id procedere, ut vbi etiam casus eruerit optionis. 19  
Mouentur autem, ut plurimum Doctores ex eo, quia actus  
hic est mox voluntarius, ut patet ex tex. d. c. fin. ibi. si voluer-  
int possint, cum vacanci per se, vel per alios optare præbendas,  
quod & nos supra c. 1. q. 2. cum definitionem explicavimus, in  
verbo possunt, adnotauimus. Illud autem certum est, quod per  
non vñm † non tollitur facultas, sed non praedicatur fa-  
cultati actum facienti, ut tradidit Iean. An. & ceteri, d. c. fin.  
idem 10. An. & Abb. in c. Iohannes, de clericis. coning. late Roch.  
Curt. in fin. felic. & nu. 77. ext. de consuet. Pro quo etiam opti-  
me facit communis illa conclusio, quod facultatis † iura  
sunt impræscriptibilia, de qua late per Ant. Gabr. com. concl.  
lib. 5. tit. de prescr. consil. 2. Balb. d. 4. par. q. 1. per totam, &  
Tirag. in vol. consuet. sit. 5. q. 1. gloss. 2. Accedit consuetudi-  
nem † non tolli per non vñm, sed tunc demum, si habuit im-  
plicium contrarium vñm; sit. Abb. & alijs d. c. Iohannes, Bin-  
train. c. fin. col. 1. 4. vers. qviro an circa actus negatiros, ext. de  
consuet. late Roch. Curt. ibid. felic. & nu. 69. & 75. sicut de le-  
ge, quod non tollatur † per actus negatiuos, etiam per mille 23  
annos, late tradit ibid. Curt. nu. 76. Felic. in c. cum accessissent,  
col. 1. o. vers. hanc regulam limita de consu. & in. c. inter cetera,  
col. 3. de rescript. & de privilegio † notatur per gl. & Dott. 24  
in c. ut privilegia, de priuilegiis. Ex quibus etiam colligitur & pro-  
batur communis illa limitatio ad hanc nostram conclusio-  
nem, quam inter ceteros tradunt Gem. & Franc. post alios, d.  
c. fin. loc. citat. ut nimisrum † consuetudo hæc optandi tolla-  
tur per contrarium vñm, accidente maxime contradic-  
tione, dummodo † obseruari fuerit tanto tempore, quantum 26  
requirebat ad inducendam consuetudinem, quod etiam  
tradit 10. Selv. tract. de benef. 3. p. q. 36. ad not. per Innoc. in c.  
accidentibus de priuilegiis. & gloss. in c. cum de beneficio, de pra-  
ben. in 6. Barbat. in c. fin. ext. de consuet. & alijs quos referit, &  
sequitur Curt. d. felic. & nu. 69. & 74. & Duen. reg. 142. Ex  
quo duo consuetum sequuntur; alterum est requiri † spatium 27  
annorum quadraginta ad hanc consuetudinem tollendam,  
cum tantum temporis requiri ad eam inducendam, vbi pre-  
bca.

ben. distincte sint quoniam contra ius est, sup. c. 2. q. 2. conel.  
 28.1. ostenderimus, atque ita † de quaies consuetudine, que  
 contra ius sit, tenere videtur Barbat. d.c. fin. col. 29. per gloss.  
 in l. nemo temporalis, ff. de reg. iur. & faciunt que adducit  
 Curt. d.nu.7.4. quicquid in contrarium dixerint Abb. d.c. fin.  
 & Fel. d. e. cum accessissent, versic. 7. limita, de constitutione  
 volentes, sufficere decem annos. Alterum est, non sufficere  
 29. vnum actum contrarium, tum quia neque ad eam inducet  
 dam utrum sufficere demonstrauimus, d.q. 2. concl. 3. tum  
 30 quia ita de quaies † consuetudine contra ius inducta tra-  
 dunt Ias. Bart. & alij l. de quibus, ff. de legi. Abb. Butr. &  
 Barb. d.e. fin. cum alijs ques resert, & sequitur Curt. d. fel. 4.  
 31 nu. 6. nisi forte conseruato non esset & complectanam tunc  
 per vim auctum tolleretur, vel saltē interrumperetur,  
 32 iuxta ea, qua posst Abb. Butr. & Barbat. d.e. fin. tradit Curt.  
 d. fel. 4. nu. 6.6. Fel. in e. cum accessissent, col. antep. versic. quin-  
 quis casus, de confit. & Turzan. op. in. 9. nu. 4. Franc. Viuit. decis.  
 Neap. 31.1. num. 7.

Quero tertio, & ultimo. An consuetudo, vel statutum op-  
 standi tolli possit per contrariam constitutionem, vel consue-  
 tudinem.

32. Prima conclusio. Potest summus Pontifex † per consti-  
 tutionem tollere non modō consuetudinem, sed etiam statu-  
 tum optandi. De consuetudine patet, cum posset Princeps  
 33 per legem suam tollere † contrariam consuetudinem ita ēt,  
 vt non valeat contraria consuetudo postea inducta, vt tra-  
 dunt Abb. d.e. fin. nu. 22. Butr. nu. 3. Bart. & ceteri, d.l. de qui-  
 bus, Alex. in l. non speciali, nu. 4. C. de testi. & alij, quos refe-  
 runt, & sequuntur de communī arte factantes, Iml. in e. cum ab  
 omni, nu. 3. de iur. & honest. cler. Curt. d.e. fin. fel. 7. nu. 4. 5. &  
 seqq. Turzan. op. in. 9. vi. lib. 1. opin. 5.3. & Soarez in thesau.  
 recept. sent. lit. C. nu. 285. De statuto etiam patet, quoniam  
 34 claram est posse † superiorem. Pontificem tollere statuta  
 particularia inferiorum, vt in specie de statutis ecclesiasticis  
 est tex. aperius, & ibi notant omnes, in c. 1. de confit. in 6. De  
 35 vitroque etiam simul probatur, quia per statutum † & con-  
 suetudinem optandi non potest dici acquisitum illumius  
 saltē in singulis antequam casus eueniat ad no, per Ial. in l.  
 quo minus, col. 2. ver secundo ego respondeo, ff. de flumin. quod  
 & nos in hac (petre) femei admonitionis, cap. 1. q. 2. Potest au-  
 tem Princeps † praividicare per constitutionem suam in ac-  
 quirendis, vt inter alios tradit Ruin. cons. 7. col. 2. cons. 9. col.  
 1. volv. 1. & alibi, prout resert, & sequitur Port. sonel. lib. 5.  
 conclusi. 3. limita, 1.2. & Gabr. com. conclib. 3. de iur. que, non  
 tolli.

toll. conel. 1. imo posse in quæstis, maxime in beneficialibus  
 Papam praividicare supra ostendimus, q. i. in princ. maxime  
 vero † ubi sit reductio ad antiquum statutum, ut voluit Port. 37  
 ubi supra limit. 10. posse Gor. ad. cons. 1. col. 9. vers. præterea, &  
 secundo respondeo, & Curt. iun. conf. 1. col. 8. Gabr. ubi supra  
 concl. 2. nu. 28. Hic autem redimus ad ius antiquum, cum aquo  
 te dispositionem, d.e. fin. do confuet. in 6. nullo iure expre-  
 sim optio permittere, imo tolli omnino videatur.

Secunda conclusio. Potest per statutum ecclesiæ & simul, 38  
 & Episcopoli tolli ab Ecclesiæ tam consuetudo, quam statu-  
 tum optandi. Dixi autem ecclesiæ simul, & Episcopi, cum  
 & Capitulum in his, quæ spectant ad statutum ecclesiæ fine Epis-  
 copo statuere non posset, ut diximus supra c. 2. q. 7. neque in  
 his posset sine Capitulo, cum de illorum interesse agatur,  
 vulg. reg. quod omnes tangit vide reg. iur. in 6. cum similibus.  
 Probatur nunc vnaquaque pars conclusionis ius rationibus,  
 quibus d. quæst. 3. ostendimus posse induci hoc ius optandi  
 per statutum, quamvis versarentur praividicium Episcopi,  
 idque magis hoc casu admittendum erit, cum sic redeamus  
 ad ius commune, quod facilest permitti debet, eab exordio. 39  
 35. distincti. cum alijs que late congerit Fel. d.c. cum accessis-  
 sent, versic. septimo limita. de constitut. eo enim casu † va-  
 leret statutum etiam ecclesiæ praividicium, ut fuso tradit  
 Abb. in ecclesiæ sancte Marie, colum penitus, & ibi late Fel.  
 eodem tit. & in specie quod possint clerici † statuere con-  
 tra consuetudinem, quæ erat contra ius, patet ex cap. cum  
 omnes, de constitut. cum similibus, & optimè ostendit Curt.  
 d.c. fin. fel. 3. nu. 1.0. ob eam quoque rationem, quod tunc  
 redimus ad ius commune. Ex quibus etiam patet, non ob-  
 stare illud, quod ex Innoc. in e. accidentibus, de privilegi. &  
 Alex. cons. 5. volum. 5. tradunt Curt. d.c. fel. 4. numero 80.  
 & Petr. Rauen. d. enarr. ad tit. de constitut. fel. 5. num. 18.  
 nimirum, non posse Episcopum etiam cum consensu Ca-  
 pituli renuntiare iuri acquisito ecclesiæ per consuetudinem.  
 Et quod docet Bart. in l. privilegio, per illum tex. C. de fa-  
 crofan. ecclesiæ. Abb. c. pen. in fin. de sepult. & alij quos re-  
 fert, & sequitur Curt. d.c. fin. fel. 5. num. 42. non valere  
 dispositionem, per quam tollitur consuetudo utilis ecclesiæ,  
 respondetur enim primo, ea procedere, ubi consuetudo il-  
 la utilis ecclesiæ sit secundum, aut præter ius, non autem  
 contra ius, vt patet ex exemplis quæ afferuntur per illos  
 Doct. ita vt eam auferendo redeatur ad ius commune, pro-  
 prius contingit in casu nostro. Ex quibus etiam illud denum  
 indubitatum remanet, posse statutum optandi † tolli con-  
 43

traria consuetudine, cum possit consuetudo derogare iuri communi, quod fortius est particulari statuto. *c. fin. cum ibi not. ext. de consuet. multo ergo magis derogabit statuto, illudque tolleret, quod & notavit Curt. ibid. sect. 7. numero 17. post Corn. cons. 293. circa supradictum volumine primo.*

Atque ex his finis iam tandem huic nostro Tractatu de Optionibus imponatur ad laudem Omnipotens DEI, ac Beatisma Virginis MARIAE, quibus ut cetera omnia, sic quaecunque scripsi, ut par est, accepta refero, ea quoque tum meliora sententia, tum Ecclesie iudicio libenter subjiciens.



## INDEX

LOCVPLETISSIMVS  
R E R V M .

Quæ in hoc Tractatu De OPTIONE continentur.

Prior nota Capita Tractatus, posterior numeros margin. demonstrat.

## A

Absentes ab ecclesia optare possunt. *Cap. 4. n. 31*  
Absentia causa studiorum de licentia Prelati, vel Papa percipiunt fructus prebendarium. *48*

Absentes in servitio Papa, vel ecclesia cur optare possint, et stante consuetudine, vel statuto, quod soli presentes optere possint. *49*

Absentes in servitio Episcopi optare possunt. *446*. Quidam absens, causa studij de licentia Papa, vel Episcopi. *47*

Absentes in servitio Papa, vel ecclesia optare possint licet consuetudo, vel statutum disponat, quod soli presentes operentur. *432*. Hi enim habent pro presentibus. *33*

Absentes iusta de causa in integrum restituuntur. *6. 44*

Actus agentium non operatur ultra eorum intentionem. *3. 95*

Actus clericorum Ecclesia Collegiate quidam Collegiales sunt. *4. 73*. Et qui, nam. *74* quidam non Collegiales. *n. 75*. Et qui sunt nu. *76*

Actus consuetudinis debent esse interpolati, et conformes. *3.* *37*

Actus quoque requirantur ad consuetudinem iudicis arbitrio relinquuntur. *2.* *35*

Quid autem hanc in re potissimum attendere debeat index. *36*

Aedes, seu domus canonicales per se non conferuntur. *3. 11*

Agnitio bonorum possessionis sua per sequentem in gradua intra

## Index Rerum.

- intra tempus primi operatur effellum suum, ubi prior non agnoscat.* 5.
- Alternativa mensum, eiusque effellus remisit.* 3. 17
- Alternativa locum non habet cum Episcopus etiam Cardinalis abeit propter Ecclesie sui viriliteratam.* 3. 73
- Bonitus inducendi consuetudinem quomodo colligatur, remissione 2.* 26
- Antiquior canonicus, qui potest mutatis præbendam per impetracionem, & collationem in eadem ecclesia, posterius est in optando ei, qui medio tempore receptus fuit.* 12
- Antiquior canonicus si differat optare intra debitum tempus vacante præbendam quanto do eam posse optare iunior.* 3.
- Antiquiore canonico non optaret vacantem præbendam optat sequens, & sic deinceps.* 5. 13
- Antiquiore optante vacantem præbendam sequens optare potest præbendam ab eo dimisam, & sic ceteri gradatim.* 5. 15
- Antiquiores canonici prius optant.* 4. 15.
